BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 L
43

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

36.4.H.

3/6 3/6
C C 13.6.a.5
1/2 11

IN
ORDINATIONEM IVDICII CAMERÆ IMPERIALIS
Commentarii vtiliſſimi;

SINGVLA ORDINATIONIS CAPITA ET peculiares Cameræ conſuetudines, quæ in Ordinatione partim non vſq; adeò expreſſè, partim prorſus non reperiuntur, diligenter enucleantes;

AD METHODVM ORDINATIONIS in tres diuiſi partes: Quarum

I. DE PERSONIS:
II. DE IVRISDICTIONE:
III. DE PROCESSV agit.

IN GRATIAM STVDIOSORVM FORI practici, è manuſcripto clariſſimi quondam Cameræ Aſſeſſoris

Publicati à
IVLIANO MAGENHORST IC.
Practico Germano.

Additus eſt in fine index rerum & verborum locupletiſsimus.

Cum gratia & priuilegio S. Cæſar. Maieſt. ad ſexennium.

FRANCOFORTI,
Ex officina Chalcographica Ioannis Sautii, ſumptibus Petri Kopffii.
M. DC.

BIBL. SOC. IESV
BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. MAVRITIO, LANDGRAVIO HASSIÆ, ET COMITI CATTIMELIBOCI, in Dietz, Zigenhain & Nidda, &c. Domino ſuo clementiſſ. S.

VERISSIMVM eſt, quod, Illuſtriſſime Princeps, Plato ait, lib. 6. περὶ νόμων: πᾶσαν δεῖν πόλιν ἄπολιν γίγνεσθαι, ἐν ᾗ δικαστήρια μὴ καθεστῶτα εἴη κατὰ τρόπον. *Ciuitatem breui corruere & euerti oportere, in qua iudicia minime ritè & ordine conſtituta ſint.* Cū enim ſocietas vitæ ciuilis, in qua nos DEVS, dum in hac mortali vita peregrinamur, & æternam felicitatem auſpicamur, eſſe voluit, in

(:) 2 legi-

legitimâ omniũ conſenſione, cõuenienti rerum diſtributione, & æquali commutatione conſiſtat, vt quemadmodũ in alueolis apes ſingulæ labores ſuos ad communẽ vſum conferunt, & in amplâ aliquâ domo vel familiâ ſuo quiſq; loco communi conſeruationi ſtudet, ita in hâc ciuili vitæ ſocietate eas quiſq; res, ad quas naturâ aptus eſt, ſuſcipiat, intra limites ſuos maneat, honeſtè viuat, neminẽ lædat, ſuũ cuiq; tribuat, & communi vtilitati ſeruiat, quæ cum itâ ciuitas aſſequitur, non minùs atq; corpus, æquali συμμετρίᾳ humorũ con-

conſtans in perfectâ ſanitate, conſtituta dicitur: conſenſionis autem & æqualitatis illius obtinendæ ratio in hac corrupta hominũ naturâ, tota in iudiciis & rectâ vniuſcuiuſq; iuris perſecutione & executione ſita ſit, quin in legitimâ iudiciorũ conſtitutione, & ſyncerâ, ita ordinatorũ obſeruatione, præcipua adminiſtrandæ Reipub. pars cõſiſtat, nemini dubium eſſe poteſt. Vnde etiam ratio iudiciorũ omnibus ætatibus in magno pretio habita eſt. Et certe, ſicut Cicero ait in Orat. 2. contra Rullum: *Minimè popularia ſunt exiſtiman-*

da iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, qui ciuitatum afflictarum, perditis iam rebus vt plurimum extremi exitus eſſe ſolent. Etſi autem in iudiciorum recta & legitima conſtitutione, bene multi omnib. temporibus deſudarint, inter quos Romani, quorũ nulla vnquam gens in terris clarior, aut iudiciorũ auctoritatis obſeruantior extitit, varias ab vrbe condita ad Imperatorum tempora iudiciorum formas habuere, tamen ſi antiquum illum ordinẽ & ritum, ad Diuorũ, Maximiliani, Caroli V. & Ferdinandi Ordinatio-

nationes in auguſtum Cameræ Imperii iudiciũ promulgatas conferamus, eas tantò ſapientiores, quantò tempora illa litiũ ſteriliora reperiemus. Sicut autem plurima in Ordinationibus illis paſſim ſingularia, quæ nõ vſq; adeò omnibus obuia, pleraq; etiam rebus ita ſuggerentibus limata ſunt; reperiuntur, ita hactenus pauci, qui eiuſmodi lõgo vſu obſeruata publica facerent, extitere, ſed pleriq; vel inuidiâ, vel quòd lucrum inde quærerent, occultarunt, donec tandẽ D. Ioachimus Mynſinger, Andreas Geilius, & noſtro tem-

pore D. Petrus Friderus Mindanus, & alii, ea quæ vel ipſi in ſupremo illo Cameræ iudicio lõga obſeruatione annotarũt, vel ab aliis acceperũt, edidere, quorum tamẽ nemo ex pro-feſſo in Imperialis Cameræ Ordinationẽ hactenus commẽtatus eſt. Cùm igitur Cõmentarius hic, quẽ vulgò clariſſimo viro Dn. Caſparo obſopæo, I. V. Lic. & in Auguſtiſſ. illo Imperii Iudicio Adſeſſori olim digniſſimo, tribuunt, offerreretur, quin pro eâ, quâ in Rẽp. literariã, præſertim verò ciuilis philoſophiæ ſtudioſos obſeruãtia & ꝓpẽſione ſum, diu-

diutius per me lateret, cōmittere nolui. Tuę autē, Princeps Illuſtriſſ. Celſit. pro more veteri & recepto dedicare volui, tùm vt ſub illius patrocinio & præſidio clarior innoteſceret, tū vt meā gratitudinē, pro inſigni animi clementia, qua Vincentium Carocium Iuriſconſ. Tudertinū, De Excuſſionib. bonorum antehac per me editum, & C. T. ſimiliter dedicatùm, cōplexa eſt, teſtatam facerē, humiliter rogans, vt tractatum hunc, in quo Imperialis Cameræ Ordinatio explicata, & multis præiudiciis, in nullius ignominiā vel inuidiā

reduntantib. ad vſum & praxim Imperii traducta eſt, non minus atq; illũ benigne accipere,& me ſibi perpetuo commendatum habere dignetur. Id ſi fiet, non tantum ad maiores ſumptus rei literariæ imposterũ impendẽdos ſtimulũ addiderit; ſed mẽ etiã ꝑpetuò ſibi deuinxerit. Quod ſupereſt, DEVS, precor, C. T. diutiſſimè incolumem conſeruet. Francofurti ad Mœnum. Pridie Id. Aug. Ann. ſalutis 1600.

Illuſtr. T. Celſit.

Subiectiſſimus

Petrus Kopffius Ciuis & Bibliopola ibid.

BENEVOLO LE-
CTORI SALVTEM PRE-
CATVR IVLIANVS MAGEN-
horſt, I.C.

NON hærebam animo, Lector, ſi quæ præclaro ingenio & arte quōdam Imperialis Cameræ iudicij Aſſeſſor quidam commentatus eſſet, ea typis ſinerem imprimi, fore, vt hoc meum ſtudium operaue nullis nō probaretur: Nam dum excellentem dignitatem atque exquiſitā doctrinam, multamq; experientiam eorũ conſiderabis, qui in ſummo eo tribunali, quod eſt in Germania, aſſident: Facultatemq; quā acceperint, et de iure & de facto reſpon-

dendi

dendi referẽdiq;. Contra, iniqtates iniuriaſq; temporũ quib. præclara nõnulla ſcripta eorum interciderunt, inuidiamq; hominũ quæ omnia ſupprimit, nihil commune faciens, quaq; communib. ſtudiis nihil extare poteſt pernitioſius, quis non exiſtimabit mecum, eorũ ſcripta magni eſſe æſtimanda, et eum potius nõ culpandum, qui ab interitu ea vindicarẽ autoreſq; etiã ignotos, pro merito extollere velit, alios interim ad eiuſdẽ generis alia vel ſimilia excitans percipiẽtes collegarum ſuorum tã excellentes laudes. Et certe quod ad hũc cõmentarium quem publicũ facere volui, attinet,

net, nō eſt opus multis verbis, vt eum aliis cōmendem cum ipſe ſemet ſatis commēdat. Quā enim neceſſarius quāmq; utilis ſit, docet non ſolū hoc, quod in Cameræ Ordinationē, de qua nullus adhuc extat cōmentarius, ſit conſcriptus, tum à tali viro quē totum ſeſe Ordinationi illi vouere oportuit, atque iurare in eam, & ſenſum illius ita exponere, quemadmodū communi ſuorū collegarum voto ac interpretatione fuit receptus et obſeruatus: Adeo, vt dicere audeam, quāuis Commentarius hic non vel ab auctore ipſo vel ſub expreſſo nomine eius & certo ſit editus, ta-

men

mẽ cum ipſe commetarius ſuum auctorem nobis ſatis indicet, vt non facile dubitare poßis de Aſſeſſore quodã auctore vires ſuas auctoritatemq; et fidem non aliter etiam habebit, quã vel quondam aſſeſſorum illorum, Gaillii nempe vel Mynſingeri, quorum tẽpora circa etiã hunc cõmentarium confectũ eſſe coniicio. Ego itaq; poſtquã viderẽ hos cõmentarios diuturnitate tẽporis & occaſu ſui auctoris ad interitũ facile imminere, niſi extemplo illis ſubueniretur, nõ potui me ab hac editione temperare inprimis cũ vidiſſem maxime è re et vtilitate tua eſſe lector, ſi ederẽtur. Vidi

enim

enim non ſolũ maximi & officii & dignitatis præclaræq; doctrinæ viros & multis ſumptib. deſcripſiſſe hos Cõmentarios et ſtudio ſuo, q in Cameræ ordinatione quotidie & ad extremũ halitũ collocabant, cõiunxiſſe, ad facilius et latius & rectius intelligendã ordinationẽ, ſed quoq; adhuc multos extare, qui vel tantis ſumptib. ſibi hos cõmentarios ne cõparare quidẽ poſſent, vel ſi maxime ſumptus adhibere velint, ex inuidia tamen aliorũ ipſis detrectarẽtur negarẽturue, adeoq; omnes deſiderare adhuc. Idcirco collatis his cõmentariis cũ XII. manuſcriptis exẽplarib. quos potui

tui comparare, non ſolum correxi, emendaui atq; ſuppleui, prout ſummè neceſſariũ erat, ſed multa etiam adieci, quæ in manuſcripto exemplari non interfuerunt. Quare mi lector boni conſule hanc editionem, nec mea puta eſſe ea, quæ communico, ſed aliena, communium tantum ſtudiorum & praxeos gratia, maxime vero in honorem reuerentiamq; ipſius Cameralis Ordinationis, à me edita, & quoq; ad obuiandum iis, qui vſque huc ea pro ſuis exinde venditarunt & in lucem ediderunt. At ſatis extemplò præfaium eſt. Vale.

COMMENTARIVS,

AD IMPERIALIS IVDICII CAMERÆ ORDINATIONEM PERquam illuſtris & doctus, cuiuſdam Aſſeſſoris clariſſimi & eminentiſſimi.

Pars prima Cameræ ordinationis.

TITVLVS I.

Von Perſonen deß Cammergerichts/ vnd wie das Käyſſerlich Cammergericht mit Richtern vnnd Vrtheilern beſetzt/ vnd wie viel deren ſeyn ſollen.

ORDINATIO habet primo folio, in §. Nemlich wöllen die Römiſche Käyſſerliche Mayeſtat/ Quod dimidia pars Aſſeſſorum ex

nobilibus ſeu equeſtri ordine eſſe debeat, quod quidem non admodum hodie obſeruatur. Nam ſi Doctores vel Licentiati ordinationi conformes pręſententur, acceptantur illi etiam loco nobilium: Electores tamen Laici vel ſeculares & Archiduces Auſtriæ ſolent plerunq; nobiles præſentare. Sed in his perſonis iudicium Cameræ non admodum exacte, vt capitula Eccleſiarum Cathetralium, maiorum nobilitatem requirit. Nam Nobiles nouitii, qui ex parentibus ſuis tamē nobiles ſunt, imo etiam qui nuper apud Cæſarem creati ſunt nobiles, ſi modo alioqui docti & ordinationi conformes ſint, admittuntur. Quod quidem accidit D. *Henrico Faut Aſſeſſori Auſtriaco*. Item receptus eſt D. *Hartmannus Hartmanni de Eppingen*, ex nobili tamen patre natus, & per Electorem Palatinum Rheni meo tempore Ann. 56. præſentatus, ſed vide ad hoc §. 16. Spirenſis receſſus Anno 57. vbi ea limitantur expreſſe.

TIT.

TIT. II.

Die ſechß Kräyß die zu preſentiren haben.

HIc obſeruandum, quod Principes & Ciuitates, qui numerantur in circulis, non ſunt in poſſeſſione pręſentandi, quodq; iudex Cameræ illis ſcribere non debeat nec teneatur. Quantum enim attinet ad primũ ordinem, tantum modo ſcribitur Wirtzburgenſi, Eyſtetenſi & Brandeburgenſi. Adiicitur tamẽ in literis, vt principes etiam cæteris principibus hoc iudicare velint, quod tamen raro fit. Inter hos tamen primi ordinis principes ita tranſactum eſt, vt Eccleſiaſtici hac vice: altera vero vice ſeculares præſentent.

In ſecundo circulo ſcribitur Saltzburgenſi & Bauaro.

In tertio Auguſtano & Wirtembergenſi.

In quarto Argentinenſi, Fuldenſi, Lotharingico.

In quinto Monaſterienſi & Iuliacenſi,

In ſexto Magdeburgenſi & Saxonico.

TIT. III.

Von Geſchicklichkeit der Perſonen deß Cammerrichtens vnd de[illegible] Beyſitzer.

Ad §. 1. in Verbo. Davon laut dieſer Ordnung nicht appellirt werden ſoll.

IVdicium Cameræ eſt ſupremum, nec ab eo appellatur: Ratio eſt, quia Camera repræſentat præfectum prætorio, à quo appellari non poteſt, *l. 1. ff. de offic. præf. præt.* Niſi grauamina talia & tanta ſint, quæ ex legitimis cauſis appareant viſitatoribus, vt ſyndicatum decerni æquum videretur.

Ad §. 2. Deßgleichen *in princip.*

ITa non fuit receptus D. N. N. Noribergenſis, & Cameræ Aduocatus, quod iſtas qualitates non haberet, & præterea dicebatur natura contentioſus ac ſingularis eſſe. Anno 56. in Iulio, quamuis antea bis ab aliis fuiſſet præſen-

ſentatus, & iam tertio ab Archiepiſcopo Colonienſi præſentaretur ſtudioſius.

Ad eundem §. *ibi.* Sollen die Beyſitzer alle.

Aſſeſſores debent eſſe graues & bene morati, quia mores præferuntur ſcientiæ, *argumento c. ſedulo 38. diſtin. l. magiſtros. C. de prof. & med. libr. 10. & l. 1. cap. de profeſſor. in vrbe Conſtant. lib. XII.* quos textus ad verbum refert Barth. Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, par. 11. conſil. 27.* Illaudabilis enim eſt ſciētia, quam vita maculat, *c. niſi, cum* §. *per defunctum. de renun.* Ideo bene dicuntur mores ornare ſcientiam, quia omnes excedunt diuitias, *l. ſcire poteſt.* §. *pen. ibi. Neque enim facultates neque dignitas eſt ita ſufficiens &c. ff. de excuſ. tut.*

Ibidem ad verbum, Auch rechter natürlicher.

Debent ergo ex iuſto matrimonio nati eſſe, qui ad hanc dignitatem Aſſeſſoratus euehi cupiūt: Illegitimi non admittuntur cum ſint infames, quibus

portæ dignitatum non patent, *l. 2. C. de dignit. lib. 12. c. infamibus. de regul. iur. in 6.* Bart. *in l. 4. in prin. ff. de lib. & poſth.* quem ibi ſequitur Alexander. Idem Bald. *in l. bonæ fidei. ff. de reb. creditis. & l. 2. C. de iur. aureo. annul.* Dicuntur illegitimi indecori & inhabiles, ad ea quæ in decore conſiſtunt vel ad dignitates, *c. cum indecorem. extr. de fil. præsb.* Imo etiam conſiliarii principis eſſe non poſſunt, Bald. *in l. cum legitime. ff. de ſtatu homin.* Cum ſint infames. Nec doctoris titulo inſigniri, quia Doctoratus eſt dignitas, vt per Bart. *in proœmio C.* & Zabarel. *in pri. Clement.* etſi eſſent legitimati. Quum legitimatio ſit ſimilis Alchimiæ, quæ facit apparere quod non eſt, vt dicit Baldus *in cap. 1. volum. 5. de conſtitut.* quem refert & ſequitur Iaſon *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ.* Et idem Bald. *in cap. final. de translat. Epiſcoporum.* dicens, Aſſimilari homini medicato à morbo, in quo ſemper remanent cicatrices. Cuius dictum recenſet Curtius *conſ. 78. & 26.* Ex quo ſequitur, vtcunq; ſpurii legitimentur, remanent tamẽ infames de facto inter

bonos

bonos viros. Bald. *in d. l. 4. in princi.* cum quo tranſit Alexander *in l. ex facto. col. 5. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Vide plura in hanc ſententiam apud Chaſſaneum in Catalogo gloriæ mundi, *part. 15. conſt. 15.* vbi multa contra baſtordos dicit.

Ad eundem §. ibi, Ehelicher Geburt.

Anno 56. menſe Iulio non fuit admiſſus N. ab E. præſentatus ab Archiepiſcopo T. Ratio, quod dicebatur patrem ipſius fuiſſe illegitime natum. Pleriſq; Aſſeſſoribus diſſentientibus.

Ad eundem §. vel potius ad primum, ibi, Auß dem Reich Teutſcher Nation geborn.

Et ibi procedendum in lingua Germanica. Quam ſi partes ignorent, per interpretes agere debent. Cyn. *in auth. offeratur. quæſt. 5. C. de litis conteſt.* Ita olim denegati ſunt proceſſus Latini contra Epiſcopum Verodunenſem, & in Germanica lingua decreti, quod in Imperio & aula huius linguæ vſus ſit. Ita obtinuit Dux VVirtembergenſis contra

Ferdinandum Rom. Regem in comitiis Anno 48. in cauſa Feloniæ ſibi mota. Excipiuntur tamen cauſæ Flandriæ & Holandiæ.

Ibi, Auch in Gerichtlichen Sachen.

Idem habuit antiqua ordinatio, vnde præſentatus S.M. Doctor iuuenis in praxi nuſquam exercitatus, receptus non fuit in Aſſeſſorem, Anno 38. 19. Martii. Hodie non obſeruatur, Nam meo tempore D.F.C.F.S.& alii plures, quorum nullus biennalis Doctor fuit, & tamen in Aſeſſorum numerum receptus fuit. Ac licet hęc tantũ de doctoribus & Licentiatis loquantur, ſubiungit tamen in verſ. immediate ſequẽte, quales eſſe debeant Aſſeſſores ex equeſtri ordine nati. Vbi verba: Sollen ſie doch gleicher geſtalt auch der Rechten gelehrt/ vnnd gerichtlicher Sachen geübt vnnd erfahren. Expreſſe habent, quod tam nobiles quam Doctores practici eſſe debeant. Sed non adiicitur, quamdiu debeant eſſe verſati in foro. Ideo vidi obſer-

ſeruari, ſi quis ſedulo duobus annis munus Aduocationis obierit, quod tunc admiſſus fuerit. Sed nota, quod anno N. extraordinarii Aſſeſſores, quorum fere maior pars ordinationi non conformes comperti fuere, tamen recepti. Nam alius vix trimeſtris, alter annalis, alter primum è ſchola veniens, nuſquam vnquam in foro verſatus aut exercitatus, tertius per modicum tempus praxi operam dans, tamen in penuria aliorum, & cum Principes ita ordinarint, ordinarii hos recipere, certis rationibus perſuaſi fuerunt. Quamuis primum difficilime conceſſum audio.

Ad §. 3. Vnnd in ſonderheit ordnen.

Ergo Aſſeſſores, Procuratores & aliæ perſonæ Cameræ debent eſſe Catholici. Et hoc eſt obſeruatum hucuſque ſatis diligenter, quantum fieri potuit.

Sed illud video iã mutatũ eſſe in trãſactione Patauina. Et licet ex B. Auguſt.

videri alicui poſſet hoc, difficilem eſſe fidum effectum vbi diuerſa eſt fides, tamen ſingulari Dei prouidentia collegæ diuerſę religionis in hoc tribunali inter ſe belliſſime conueniunt, idq; euentus docet. Quieſcit igitur deciſio ſenatus qua hactenus nullus non Catholicus admiſſus fuerat, niſi abnegaſſet ſuam religionē, prout & doctores, in vniuerſitatibus non Catholicis Romanis, vt puta Vvitebergæ, Marpurgi, Tubingę, necnō in ſimilibus promoti, in hoc iudicio neque ad procuratoris Aduocati nec Aſſeſſoris officium etiam ante bellum proteſtantium admittebantur ita enim deciſum erat in pleno cōſilio Anno 50. 22. Decembris. Cum B. M. petiiſſet munus Aduocationis, ſed denegabatur quia T. promouerat. Sed poſtea ſchola T. ſua priuilegia recuperauit, & rurſum per Vicecancellarium, more veteri promouentur Doctores. Ideoque nuper admiſſus eſt ibi promotus puta, D. H. F. qui eo tempore munus Aduocationis ſuſcepit. Is tamen poſtea meus & aliorum fuit competi-

tor

tor pro procuratoris etiam officio, quod tribus vicibus illi denegabatur.

Et prædictam ob cauſam prima Octobris, Anno 56. Eſlingæ iſt Licentiat M. R. vmb deſſen willen/ daß er ein Kind in der Lutheriſchen Kirchen hat täuffen laſſen/ ſeins Aduocaten Standts biß auff ferner Beſcheidt beurlaubt entſetzt/ vnnd jhme gebotten worden/ ſich am Gericht deß Advocirens vnnd Procurirens durch ſich vnnd ſeine Subſtituten zu enthalten/ vnd iſt ſolches an Käy. Mayeſt. geſchrieben worden. Videtur mihi Vicecancellarium Doctorem V. qui eſt accerrimus hoſtis Euangelii ſcriptum illud concepiſſe. Hæc omnia ſunt ſublata An. 55. In Aug. comitiis & ordinationi item receſſibus ibi compoſitis expreſſe inſerta, & pariter omnes Auguſtanæ profeſſionis promoueri ad prædicta munera poſſunt. Item iſte paragraphus in receſſu Spirenſi An. 57. ita declaratus eſt: Da die Geiſtlichē Churf. der Rechten gewürdigte/ vñ die Weltliche Churf. auß der Ritterſchafft geborn zu zeiten jhre liebden zu preſentiren haben/ vñ vermög d'

Ord-

Ordnung ſolche qualificirte vnd geſchickte Perſonen reſpectiue nach möglichem angewendtem Fleiß nit bekom̃en mögen/ das alsdenn allen jhren liebden vnd einem jeden für ſich ſelbs bevor ſtehen frey vnnd zugelaſſen ſein ſoll / auß der Ritterſchafft geborn ob die gleich der Rechtē nit gewürdigt/ oder aber graduirte vnd der Rechten gewürdigte Perſonen / ob die gleich nicht auß der Ritterſchafft geborn / doch auff beyde fälle ſonſt der Ordnung allerdings qualificirt vnd gemeß zu preſentiren vnnd dar zu geben.

AD TIT. IIII.

Ad Rubricam:

Wie an der abkommenden Cammerrichter vnnd Beyſitzer ſtatt andere geordnet werden/ vnd wie dieſelben geſchickt ſein ſollen.

QVo pacto Iudex ſolummodo vbi ex Aſſeſſoribus aliquis diem obierit, vel conditioni renunciauerit, ordinibus ſiue circulis hoc indicare debeat, vt intra ſex menſes aliquos præſentent. Si

tamẽ præſentati reiiciantur, iam Iudex cum Aſſeſſoribus, vt alii præſententur ſcribet, ita factum in cauſa N. 14. Nouembris, Anno 52. eodemq; die decretum, poſthac neminem in Aſſeſſorem admittẽdum, niſi iuxta ordinationem, præſertim quoad praxin qualificatus ſit. Nam ob illam cauſam tunc N. paſſus eſt repulſam. Hic nota etiam, quod iſti ſex menſes incipiunt currere à die præſentationis literarum, non à die renunciationis mortis vel literarum ſcriptarum. Igitur nuncius, ſi ab aliquo Principe nullum reſponſum in ſcriptis accipiat, ſaltem in Cancellaria ſcriptum, vel documentum accipere debet, quo die Principi illi literas porrexerit. Ita deciſum, cum ego præſentatus eſſem. Item licet ordinatio habeat, quod ſtatim effluxis ſex menſibus Aſſeſſores ius præſentandi habeant: hoc tamen non adeo ſtricte obſeruatur. Quia adhuc ſemel atque iterum principibus ſcribi ſolet, vt plures vel alios idoneos adhuc præſentent: Quod ſi tunc hoc non faciant, iam tandem ex officio Aſſeſſores

ali-

aliquem accipiũt: Ita factum, cum Doctor Hundt vir magni iudicii & doctrinæ renunciaſſet, cum ſæpius Mauritio Electori Saxonumq; Principi ſcriptum eſſet, ipſeque nullum præſentaret, tandem collegium N. acceptauit. Obſeruatur quoque hic, vt ſi vnus conditioni renunciet, & alius in eius locum ſubſtituatur, iam collegæ ſuo priorem locum debet relinquere, licet is, cui illè ſucceſſiſſet, primum locum habuerit. Ita cum N. & N. actum eſt.

Ad §. Wa auch alſo. *in verbo*. Erſuchen.

Data paritate doctrinæ & virtutis in perſonis præſentatis, vter eligi debeat? Dic, primo nominatus, quia ex ordine literæ præſumuntur magis dilecti. *gl. in c. quondam. de elect. in 6. in verbo prædicatorum.* magis probatur ex *l. quotiens. ff. de vſuf.* Ordo enim ſcripturæ magis denotat ordinem charitatis. *d. glo. ad hoc notabilis Panor. in c. Nicolao, in prin. de appell.* & idem Panor. *in c. ſedes. de reſcript. & in ca. auaritiæ. de præbend.* in quibus locis multum commendatur *d. gloſſ.*

Ad eundem §. in verbo. Nicht auß Gunſt.

De materia prælationis ſeu proceſſionis vide Alex. de Imo. *& nouiſſimos in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* & Dominicum *in c. Epiſcopos. 17. diſt.* & Fel. *in rubr. de maior. & obed.*

Ad eundem tit. § pen. Vnd wa vber ſolchs.

Dummodo alius reperiri poſſit, qui ſit idoneus, iuxta notata Panormita. in *capit. Abbatis. extr. de verborum ſignific.* Et bene eſt, quod originarii extraneis præferri debeant, cum melius ſcire cenſeantur mores & conſuetudines eius prouinciæ, ex qua ſunt oriundi, *ca. quoſdam. & cap. quanto. de præſumpt. libr. 1. ff. de off. præt.* quæ dicit potius eligendos eſſe prætores, qui habent larem in vrbe, quã qui ſunt ex prouinciis. Ad hoc facit tex. *in c. In nomine Domini. 23. diſt.* Porro magna eſt, & à multis annis controuerſa quæſtio: An originarii peregrinis vel hi originariis præferri debeãt in officiis ſecularibus & magiſtratibus ordinandis, de quo vide late Chaſſan. multa

in

in vtranque partem diſputantem in catalogo gloriæ mundi *par.11.conſ.22.* tandem in eam opinionem declinat, quod longe melius originarii imperẽt quam peregrini. Vide ibidem fol. *nu.223.* Vide & Guilelmum Benedict. *in rep.c.* Raynutius *verſ.& vxorem nomine Adoleſiam, num.1050 vſq; ad nu.1052. de teſtam.* Etiam ita vidi in Ducatu Venetorum practicari excepto officio poteſtatis in Ciuitatibus Lucas de penna *in l.quisq; c.de omni agr.deſerto.lib.XI.*

Ad Eundem §. in verſ. Und das Cammergericht.

Nota etiam circà hunc §. Daß bevor Religion halben / vermöge deß Augſpurgiſchen Anno 55. vffgerichten abſchiedts / kein vnterſcheidt gehalten werden ſoll. Ita expreſſe in receſſu Spirenſi Anno 57. Et hactenus vidi ita in Camera obſeruari, magno cum emolumento Imperii & ſtatuum.

AD TIT. VI.

Daß Cammerrichter vnd Beyſitzer/dem Cammergericht allein außwarten ſollen.

ASſeſſores tantum negotiis Cameræ inſeruire, & ne quidem Imperatoris commiſſionibus moleſtari aut morari debere. Quod tamen in cauſa Regis contra VVirtembergenſem obſeruatũ non eſt. Limitatur tit. 13. ibi. Item ordnen wir/concordat cum hoc articul. 13. ibi. Die Beyſitzer.

AD TIT. VII.

Von Vrlaubnemmung deß Cammerrichters vnnd der Beyſitzer.

ID non ſemper obſeruatur. Tum quidam volebant tempore vacantiarum quem poſſe ſua ſponte absq; venia proficiſci: Sed ſenioribus aliter viſum eſt. Et ſi veniam impetrans ſuo tẽpore non redeat, iam ſalarium pro ratione temporis ei denegatur, & inter præſentes

ægrotos etiam diuiditur. Quod multis iniquum viſum, cum ſcilicet hi nil operentur. Sed tamen diu ita obſeruatum eſt, & adhuc obſeruatur. Ratio eſt lib. 2. Machabeorum capit. octauo. Ita actum eſt cum D. Hieronimo Neithardt, qui raro conſilium viſitauit. Sed hic quæſtio ex facto incidit. Alius veniam vnius menſis impetrat, anne hic abſens ſontico morbo vel alia legitima cauſa impeditus, excuſare ſe vel vlterius veniam impetrare poſſit? Hic fere tot fuere ſententiæ, quot capita meo tempore. D. Mebſch. Amelunge, ſuis legitimis excuſationibus nihil efficere potuit. Idem D. Zimmer, cum literis probaſſet, ſe noſtra negotia in Comitiis Auguſtanis, ſed (eheu) fruſtra egiſſe. Quid autē de iſta pecunia ſtatuendum, vbi is, qui in alterius locum præſentatur, non ſatis tempeſtiue venit. Reſpondeo, diſtribui ſolere, ſi alius ante tempus diſceſſerit, vel alter Principi inſeruiat. Ita factum cum Comite de Montfort. Is enim, cum renunciauit ſtatim factus eſt præfectus militum Cæ-

ſaris,

ſaris, & ſic nobis pecuniam approximauimus.

§.1.verſ. Doch ſollen. *& verſ.* So auch.

Vide limitationes *in l.ſi cui. §. tam diu. ff. ex quib. cau. maior. leg. ſecunda. §. ſi quis. ff. ſi quis caut.* Vide Paridem de Puteo, *in §. impedimentum, in ſuo tractatu pro Syndicatu.*

AD TIT. VIII.

Von Kleidung vnd anderm Wandel der Beyſitzer.

ES ſollē ſich auch inſonder die Beyſitzer. Iuxta illud Chriſti, Matt. 11. Ecce qui mollia geſtant in domibus regum ſunt. Nam & hi principum vices gerunt.

Ibidem in verbo, Wie ſichs auch jhrem Standt.

Vide Ludouic. Roma. *in l. nemo. C. de poſtul.* facit ad hoc Spec. *in tit. de aduoc. §. ſequitur in princ.*

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus.

Creditur à mille quamuis Idiota ſit ille,
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſte
Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne quod
(audis.

AD TIT. IX.

Von deß Kayſerlichen Cammerrichters Ampt in der Gemein.

LIcet Iudex Cameræ caput ſit Iudicii vt & ſup. tit. 7. ad fin. §. Vnd dieweil / Ideoque ſupplicationes illi exhibentur, in iiſq; ipſe tantummodo exprimitur, nullam tamen poteſtatē habet ordinandi decidendiq; abſq; poteſtate & ſcitu & conſenſu Aſſeſſorum. Item dicunt ipſum ne votandi quidem ius habere, Hat derhalben macht allein ein Beyfall oder Einfall zu thun. Quod ego tamen pro voto habeo Latine vocamus Pedaneam ſentētiam. Hinc itaque liquet Aſſeſſores Iudicii Cameræ nullo pacto de illis intelligendos Aſſeſſoribus, de quibus paſſim in iure ciuili & Canonico fit mentio. Nam hi potius ſunt Iudices quā Aſſeſſores, nā & ordinatio eos paſſim vocat iudices Vrtheiler.

ſer. Ideoq; non in minima dignitate eos conſtitutos: Quocirca etiam à ſenioribus dici ſolet, hos eſſe ipſius Imperatoris Conſiliarios ſaltem quoad negotia diiudicanda.

De priuilegiis ipſorum infra dicetur.

Ordinatio ſtricte eſt obſeruanda, *fol. 8. fa. 2.* Vtinam hoc fieret.

AD TIT. X.

Von deß Cammerrichters Ampt im Rath.

Acta ex æquo diſtribuenda. *folio. 9. fa. 2.*

Quæ acta ad conferendum danda, & quando rurſus referenda, etiam rurſus votandum. *fol. 9. fa. 1. fol. 13. fa. 2.*

Iudex hoc agere debet, vt ſine rixis & iniuriis relationes ab Aſſeſſoribus fiant. *fol. 13. fa. 2. & fol. 14. fa. 1.*

Commiſſarii principum an & quando in pleno conſilio audiēdi. *fol. 14. fa. 1.*

Ad §. So ſol auch *in verb.* vnd von den Beyſitzern keiner.

Hoc videtur limitari & declarari de

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cauſis arduis & grauibus. *inf. tit. 13. fol. 19.* Vnd damit.

TIT. XI.

Von deß Cammerrichters Ampt in der Gerichtlichen Audientz.

PRocuratores, ſi faciant inutiles vel non neceſſarias ſubmiſſiones, ipſos in expenſis moræ condemnandos. *fol. 15. fac. 1.*

Ad §. in verbo, Ordnen vnd ſetzen wir.

Sed quia circa ea, quæ leuia videntur, maximum tamen aliquando vertitur periculum, ſatius eſſe exiſtimatur, ſemper ad proximam interloqui, & ita communiter obſeruatur, etiam contra huius conſtitutionis caput.

Procuratores honeſte breuiterque verbaliter & in ſcriptis cauſas agere debent. *fol. 16.*

TIT.

TIT. XII.

Welchem im abweſen deß Cammerrichters der Stab vnd Richterampt befohlen werden ſoll.

IVdex cui baculum iuſtitiæ ſe abſente committere debeat. *fol. 121. fa. 1.* Et hinc etiam proxime aſſidenti porrigere ſolet, ſi in ſua vel ſuorum cauſa aliquid agatur.

In cauſis principum vel quaſi, niſi iudicem vel Comitem neminem ius dicere poſſe. *fol. 17. fac. 1.*

AD TIT. XIII.

Von der Beyſitzer Ampt im Rath.

Ad §. 1. ibi, Sonder vff deß Reichs gemeine Recht.

IVdex debet iudicare ſecundum conſcientiam, quam habet vt iudex, non vt homo, *3. quæſtion. 6. capitul. poſtulamus.* hoc eſt, ſecundum conſcientiam fundatam probationibus, & informatam iuribus & legib. *c. ſacerdos. de of. dele.* Paris

de Puteo, *in tractatu de ſyndicatu. verſ. an iudex poſſit vel debeat.* Pan. *in tract. de feud. §. an iudex debeat iudicare.*

Aſſeſſorem non debere eſſe pertinacem vel ſingularem. *fol. 18. fac. 1.*

Aſſeſſorem ſub pœna bazonis ſingulis diebus, exceptis feriis, hora ſeptima, ad conſilium venire debere, ibiq; vſque ad decimam manere. Aliquandiu tamẽ obſeruatum, vt à feſto omnium Sanctorum, vſq; ad feſtum Purificationis Mariæ 8. hora ad conſilium iretur. Deinde Viſitatores contra voluntatem multorum hoc mutarunt. Verum nemo, etſi poſt ſeptimam veniſſet, eo tẽpore quicquã dare voluit, & ita adhuc hodie obſeruatur. Quot Aſſeſſores ſententiis & relationibus intereſſe debeant. *fol. 19. fa. 1. & fol. 16. fa. 2.*

De ſuſpectis Aſſeſſoribus. *folio 20. fac. 1.*

Aſſeſſores in quibus cauſis aduocare poſſint. *fol. 20. fa. 2.*

Aſſeſſores non potuiſſe viuere apud procuratores, & è contrario. *folio 20. fac. 1.*

Aſſeſ-

Aſſeſſores taciturnos eſſe debere. *fol. 2. fa. 2.*

Nimia enim conſultatio aut frequẽs deliberatio aliquãdo nocet, & à veritate abducit. Vnde in diuerſis opinionib. cauſarum iudex poteſt minimũ eligere. Rota *deciſ. 774. in antiquis.* Intra quod tempus acta referenda. *fol. 21. fa. 1.* Et notandum, quod in iudicio Cameræ non ſcribuntur acta, niſi in modum protocolli.

MODVS REFERENDI.

Modus autem referendi, vt breuiter & Latinis verbis acta & exhibita, ex protocollo referantur. Atteſtationes vero & probationes integrè referendæ, ſi modo in illis vlla ſit vis, & ad cauſam faciant. Deinde tuam ſententiam dicis poſtea correferens, denique alii, Et ſecundum maiora vota pronunciatur.

SEQVITVR METHODVS REferendi cauſas in iudicio.

In cauſæ ſimplicis querelæ relatio-

ne, diligens referens ſequentia maxime obſeruare debet.

Cum procuratoris poteſtas ſit de eſſentia Iudicii, qua deficiente, proceſſus efficitur nullus. *Innoc. in c. cum Iuriſperitus. extr. de officio iud. delega.* Et per conſequens ſententia tanquam acceſſoria, cũ ſuper proceſſu tali feratur, annulletur. Spec. *ti. de ſent. §. pe. verſ. item eſt nulla.* Primo igitur referens ante relationem cauſæ principalis, in primis videre debet, vtrum partium procuratores ſint veri vel falſi, & an iuxta legem prolatam. *c. de ſentent. & interl. omn. iudic.* proceſſus iudiciarius debito ordine, an inuerſo, ſeruatus fuerit. Ex qua obſeruatione nullitatem proceſſus deprehendet referens. Secundo, vbi proceſſus iudiciarius legitime obſeruatus, & à vitio nullitatis defendi poterit, tunc vniuerſi facti ſpecies, ſeu caſus, ſuper quo ſententia ferri debet, quantum fieri poterit, planius, breuiter, & ſummarie Aſſeſſoribus exponendus. Ex facto enim ius oritur. *l. 3. in princip. & §. 1. ff. de teſtibus. & l. ſi ex plagis. §. in Cliuo.*

ff. ad

ff. ad l. Aquil. idem ex facti ſpecie & caſu ius decidendi ſumitur, & niſi caſus à referente bene intelligatur & referatur, fieri non poteſt, quin ſententia & deciſio iuris iniuſta & iniqua decernatur. Species autem facti & actionis intentatæ ex narratis & petitione ꝓpoſiti libelli actoris inueſtigari debet. Non tantum enim animaduertendum, quid narretur, ſed potius quid in libello petatur. Nam ſecundum Baldum ex petitione ipſius omnia regulantur.

Tertio, Poſt relationem facti ſeu intentionis actoris tertio loco referẽdum venit, quanam actione ſit actũ: & num ea recte & concludenter formata atque intentata ſit. Nam ſecundum ſpeciem actionis ſententia per iudicem formari & regulari debet. *l. vt fundus. ff. communi diuid.*

Quarto referendum eſt, an & quomodo intentio probata ſit, videlicet vtrum per teſtes, quot & quales, an per literas, vel euidentiam rei.

Quinto, cum defenſio nemini denege-

negetur, & rei etiam ſuas defenſiones & cauſas, quare minime iuxta petitiones actoris condemnari, ſed potius abſolui debeant, iudici proponant. Referens quinto loco dicat, vtrum intentio actoris per defenſionales & ꝓbationes ipſius rei fuerit eliſa. Hic in Referente optimum, & ab omni affectu liberum iudicium requirit. Conferre enim debet actoris & rei rationes, probationes & iurium allegationes, ſeu partium diſputationes, quis eorum melioribus, firmioribus rationibus & probationibus nitatur.

Poſt omnium prædictorum plenam & diligentem examinationem, ac relationem, tandem referens dicat, quid in cauſa pronunciandū, & quomodo ſententiæ forma concipienda ſit. Ante omnia autem Referens curare debet, vt certa & clara ſententia proferatur, & quod plus eſt de certa pecunia, etiamſi de incerta quantitate apud eum actum ſit. *§. præterea. Inſtitut. de actionibus.*

Poſtremo dicat, quibus ex cauſis ſibi

ſibi videatur, alteram partem in expenſis condemnandam, vel abſoluendam. Hæc communiter inter referendum obſeruanda ſunt. Cæterum quæ circa rationes dubitandi & decidendi incidunt, certa regula, ſeu methodus tradi non poteſt, ſed relinquenda & committenda ſunt prudentiæ & diligentiæ cuiuſque Referentis.

MODVS ET ORDO REferendi in cauſis appellationum.

Quemadmodum in cauſis ſimplicis querelæ referentis cura eſſe debet, ne nullitas proceſſus committatur, vel incorrectus relinquatur, & per conſequens ſententia nulla proferatur: Ita quoque in cauſis appellationum animaduertere & curare debet, vt perſonæ procuratorum plenis & ſufficientibus mandatis procuratoriis ſint legitimatæ.

Secundo, cum ipſa appellatio & nullitas cauſam ad Iudicem ſuperiorem deuoluat, & ſuperiori Iudici Iurisdictio-

ctionem tribuat, ante omnia referendum erit, quod ex inſtrumento appellationis, ſeu actis prioris inſtantiæ conſtet, intra decendium à die latæ ſententiæ, vel ſaltem notitiæ, rite & legitime appellatum fuiſſe.

Sic itaq; relatis formalibus appellationis, & fundata iuriſdictione iudicis ad quem.

Tertio, referet factum ſtatumve cauſæ ex libello ſeu primæ inſtantiæ actis.

Quarto, cum beneficium appellationis ideo inuentum & datum ſit, vt grauatus per ſententiam ablata, per læſionem recuperare poſſit, & non allegata allegare, & non probata probare: Ideo Relator cauſæ diligenter perquirat, quid in ſecunda vel tertia inſtantia (ſi ita cauſa ferat) à partibus vltra ea, quæ in prima inſtantia deducta fuerunt, de nouo allegatum & probatum ſit. Item, an nouæ cauſæ ita ſint releuantes, vt ex iiſdem prima ſententia ab inferiore iudice lata confirmari aut informari, aut ſaltem reformari

poſſit,

poſſit, ac debeat, quod quidem ex grauaminibus eorum, aut probationibus iudicandum erit.

Quinto, poſt collationem cauſarum, grauaminum, & iurium partium, dicat ſuam ſententiam, nempe quid & quomodo pronuciandum ſit. Puncta autem incidentia annexa, connexa & dependentia in proceſſu cauſæ prius deciſa, Referens ſilentio prætereat, ne actum agat, & cum faſtidio prolixior ſit, monens ſaltem Aſſeſſores & collaterales iudices, ea puncta iam dudum eſſe deciſa. Curet tamen, ne ſua ſententia iam primum ferenda & publicanda aliquo præiudicio prius latæ interlocutoriæ præueniatur, vt contrarietas vitetur.

Et hæc vehemens cauſa eſt, quare circa incidentia puncta interlocutoriæ latæ ſingulari quodam iudicio à Referente potius ponderandæ quam referendæ ſint.

ALIA

Alia ratio referendi in cauſis appellationum.

Primum lagatur libellus actoris, in prima inſtantia propoſitus & quidem Summariè.

Secundo ſi exceptiones opponũtur contra intentionem, vt fori declinatoriæ vt etiam replicæ. Legantur tantum capita eorum generalia.

Tertio ſi interlocutoria lata eſt ad litem cõteſtandam, ea ſimiliter legatur. Quo facto redeundum ad probationes. In illis quoniam totus cardo conſiſtit, de verbo ad verbum legantur, ſiue inſtrumenta ſint, ſiue atteſtationes,

Quarto ſubiungatur ſententia prioris Iudicis, & quod ab ea appellatum ſit.

Quinto grauaminum, quæ appellans lite conteſtata producit, membra principalia cur priore ſententia appellans ſe grauatum exiſtimet, recitentur, & ponderanda proponantur.

Sexto Exceptiones, replicæ, duplicę concluſiones cum ſuis allegationibus exprimantur, & ſi nihil noui in inſtantia ap-

tia appellationis fuerit deductum & allegatum.

Septimo referens ſuum addat votum. Et quoniam plerunq̃e libellus appellationis ſimul nullitatem & iniquitatem ſententiæ continet: ſolet is votum ſuum ſecundum communem vſum Cameræ in duas partes diſtribuere, ſcilicet ponderando nullitatem prioris inſtantiæ & iniquitatem, quæ plerunque per quæſtiones diſcutit?

1. Quæ ſit actio in prima inſtantia intentata.

2. An intentio actoris ſit probata.

3. An actoris intentio, poſito quod probata ſit, per exceptiones rei ſit eliſa.

4. Si forſitan & Replicæ actoris interueniant, an illis peremptæ ſint exceptiones.

5. Quæ ſententiæ & expenſæ.

Tandem ſciendum quod vna quæſtio in plures deduci poſſit pro altiore indagine, & certiore veritate.

Ideo etiam plures examinandæ per ſua fundamenta iuris in vtranque par-

tem veniunt: & ſolutis contrariis iuribus, atque inter ſe conciliatis, Referens ſuam ſententiam dicat, & concludat, quid pronunciandum ſit.

Modvs referendi in feudalibus.

Primum inſpiciendus eſt tenor inueſtituræ, qui derogat conſuetudini, & omni iuri feudali. Bald. *de duob. fratr. à cap. inueſtit.* Sunt enim inprimis conſideranda pacta, appoſita vel adiecta inueſtituræ *l. prima. §. ſi conuenerit ff. depoſ. l. ſemp. in ſtipul. ff. de reg. iur.*

2\. Vbi autem caſus occurrens ex tenore inueſtituræ non deciditur, recurrendum eſt ad ſpecialem illius loci conſuetudinem, & curiæ Domini, à quo feudum tenetur. *l. de quibus. Digeſt. de legib.*

3\. Quod ſi nec pactum, nec ſpecialis conſuetudo eius loci, & curiæ Domini, à quo quis feudum tenet, reperitur: recurrendum eſt ad generales conſuetudines feudorum, ſcriptas in libris feudorum. *capit. primo de feud. cognit.*

4\. Si

4. Si non extat pactum, vel conſuetudo ſpecialis vel generalis feudorum, decidens caſum emergentem; recurrendum eſt ad leges ſcriptas Romanorum, & ſic ad ius commune. *d.ca.1.de feud.cognit.*

5. Vbi lex ſcripta etiam nō reperitur, recurrendum eſt ad ſimiles conſuetudines. *l.non poſſunt.ff.de legib.*

6. Et poſtremo, cum non reperitur ſimilis conſuetudo, nec ſimiles ſunt leges, tunc procedendū eſt per argumenta legalia, hoc caſu locum habet gloſſa *d.c.1.de feud.cognit.*

SVMMARIA METHODVS referendi & definiendi, ſeu decidendi cauſas.

Cum inuento genere actionis, ipſum ius inuentum eſſe cenſeatur, & fruſtra inueſtigetur, an intentio actoris probata, per exceptiones rei eliſa ſit, niſi de ipſo actionis genere conſtet, in cognitione cauſarum & ferendis ſententiis diffinitiuis.

1. De genere actionis ab actore in-

ſtitutæ, quale nimirum illud ſit, inueſtigari debet..

2. Deinde an actio probata.

3. An exceptione rei eliſa.

4. An hæc exceptio ſufficienti probatione ſuffulta ſit.

5. Quomodo pronunciari debeat.

Cæterum licet alias à cauſarum patronis Iure Pontificio nomen actionis edere non ſit neceſſe, illudque paſſim comprobatum ſit: merito tamē doctiſſimi quique Iuriſperiti practici ſedulo genus actionis inueſtigant, nec tamen etiam facile eius nomen in libello exprimunt, ſed ea clauſula, quæ ſalutaris nuncupari ſolet, libelli concluſionem muniunt. *Vide And. Alciat. iuris vtriusq; praxin, ſub tit. an actio ſit ſpecial. proponend. fo. 24. & 25.* Et iſta ſalutaris clauſula, cum Iudices nōnunquam in ea recte attendenda, eiusq; vi vti par eſt ponderanda, negligentes & minus cauti eſſe ſoleant, admodum prægnantibus verbis debet exprimi, vel potius inculcari, quo Iudices eo magis admoneantur, etiamſi ex libello videretur minus ſalubre remedium

dium elici poſſe, tamen ad actionis genus optimum & ſaluberrimum reſpici oportere.

TIT. XIIII.

Von der Beyſitzer Ampt im Gericht.

DE officio Aſſeſſorum in Iudicio, & quod reliqui Aſſeſſores tempore Audientiæ ſupplicationes, taxationes expenſarum vel interlocutorias concipere debeant. *fol.21.fac.2.& fol.22.fa.1.*

Ad Verbum. Demnach ordnen.

Anno 56. in reformatione Dominorum Viſitatorum emendatum hoc eſt, & niſi quatuor poſt publicatas ſententias, & in contumaciis ſaltem duo Iudici adhærent, *in reformat. Viſit. fol.3.*

AD TIT. XV.

Von Annemmung deß Käyſſerlichen Fiſcals/ vnd ſeines Advocaten/ auch derſelben Geſchick-lichkeit.

DE fiſcali, eius aduocato, eorum officio & deputatis. *fol. 22. fac. 1. & 2.*

AD TIT. XVI.

Von deß Käyſſerlichen Fiſcals Ampt auſſerhalb deß Gerichts/ vnd von ſeinen Deputaten.

§. Der Käyſſ. Fiſcal.

FIſcus ex officio procedit in cauſis fiſcalibus. Vide Lantfranc. *fol. 12. & infr. libr. 2. titul. 20.* §. Weiter ob ſich jemandt.

AD TIT. XVII.

Von deß Käyſſerlichen Fiſcals Ampt in der Gerichtlichen Audientz.

ETſi in cauſis fiſcalibus præſertim die Anſchläge belangend/ iuxta ordina-

tionem terminus admitti non debeat, niſi vel verbaliter vel in ſcriptis adducatur cauſa, quare non potuerint Mónitorio parere, tamen hoc vſque adeo ſeuere non obſeruatur.

Ibi, Wie andere Procuratores halten.

Per hoc videtur, quod etiam fiſcalis iurare debeat de calumnia in cauſis fiſcalibus,&etiam de iure videtur debere fieri, vt expreſſe notat Lucas de Penna. *in l. iuſtas. C. de iure fiſci.* vbi reprehendit contrariam opinionem, tamen de more iudiciorum non ſeruatur. Andre. de Iſer. *§. in quib. de conſue. recti feu. & Franc. Luc. de procu. fiſci.* Et ita decretum in cauſa fiſcali, contra die Pleſſen.

AD TIT. XVIII.

Ad Rubricam.

Von Perſonen der Advocaten/ vnnd Procuratorn/ wie ſie geſchickt/ vnnd wie viel deren ſeyn ſollen.

Etſi ordinatio vult tantummodo 24.

Aduocatos & procuratores recipi & admitti; hoc tamē de illis aduocatis intelligendum, qui etiam in iudicio Cameræ ꝓcuratores ſunt alioquin etiã in infinitum Aduocati acceptantur, dummodo habiles & qualificati ſint.

Aduocationis munus vel officium publicum eſt, & ideo propria authoritate nemo id aſſumere ſibi poteſt, *iuxta conſtit. Neapolitanam, vt iuſticiarii habeant.*

§.1. In Verbo. Jhrer lehr geſchick-lichkeit.

Nota, militat eadem ratio in his quę in Aſſeſſoribus ſup. declarata eſt. Sic neq; legitimati recipi poſſunt.

AD TIT. XIX.

Wie man Procuratores vnd Advocaten beſtellen wie viel vnnd was ſachen ein jeder annemmen ſolle.

VTrum procurator poſſit etiam Aduocatum agere & è contrario. *fol. 25. fac. 2.* Procu-

Procuratores an cauſas amice vel iudicialiter in aliis iudiciis agere poſſint *fol.26.fa.1.*

Ad §.fin. Auff daß auch.

Aduocatus poteſt compelli ad præſtandum patrocinium clienti per iudicem.*l.1. §.ait prætor. ff. de poſtulat.l.prouidendum §. ſi quis C.eo.tit.* Ita & Procurator palatii ſolitus locare operas ſuas,*l.inuitus C. de proc.* Secus eſt in ſimplici procuratore *Bald.ibid.* Et poſſunt compelli ſub pœna priuationis officii. *d.l.prouidendum*, niſi ex legitimis cauſis excuſetur quis.*vt per Bald.ib.& l.humanitatis C. de excuſat.tut.vel curat.*

AD TIT. XX.

Von ſubſtituirten vnd nachgeſatzten Procuratoren vnd Vbergebung der Sachen.

PRocuratores non poſſe ſubſtituere: fallit tamen *fol.27.fa.1.*&pauperibus

gratis inſeruire debere.*fol.26.fa.2.tit.19.* procuratorem ſub ſpe ratihabitionis agere non poſſe.*fol.27.fa.2.*

Ad §. fin. ibi, Vnnd ſoll furthin.

Subſtantialia mandati procuratorii in ſecunda inſtantia, quæ conſideranda etiam in prima, etſi ſit cauſa ſimplicis querelæ.

1. Conſtituentis nomen & Aduerſarii ſui.
2. Literã propter quam.
3. Nomẽ prioris iudicis & conſtituti.
4. Impetratio proceſſuũ eorum iudicialis productio.
5. Exceptionis propoſitio, reſponſionum poſtulatio.
6. Litis conteſtatio.
7. Iuramentum calumniæ, ac quodlibet iuramentum ſolitum.
8. Iuramentum expenſarum. Alias ſi non ſpecialiter expreſſum eſſet, requireretur mandatum ad hoc de nouo: ita practicetur.

9. Clau-

9. Clauſula { Subſtituendi. Ratihabitionis. Indemnitatis. }

10. Sigillatio vel ſi eſt inſtrumentum conſtitutionis, tunc requiritur confectum eſſe in membrana. Item, quod ſit conſcriptũm ab ipſo Notario publico & approbato, & ſigno ſuo conſueto notariatus ſui munitum, *iuxta imper. tract. de Notariis.*

AD TIT. XXI.

Wie Procuratores mit gnugſamen Gewalt/Ratificirung vnnd ſonſt in andere Wege verſehen ſeyn ſollen.

PRocuratores ſine ſufficienti mandato vel cautione non audiendos. Sed quæro an ſe exonerare poſſent à pcuratione poſt litis conteſtationẽ, ſi forte pars diem ſuũ obierit: Reſpondendo non poſſe. Hoc tamẽ fallit in pcuratore conſtituto à prælato Eccleſiaſtico vel hoſpi-

hoſpitali. Per mortem namq; etiã ciuilem ipſius finitur Mandatum. *l. vlt. de procurat.* niſi forte in propria cauſa non in cauſa Eccleſiæ conſtituiſſet. *DD. ad dict. l.*

Ad §. 1. ib. Er hab dann gnugſammen Gewaldt.

Ita in cauſa der vier Dörffer im Hatgauw contra Hanauw Doctor Hoß ab initio comparuit & produxit generaliter pro ſe deinde in termino comparitionis. D. Hauſer pro Engelhardt ſpe ratificationis petiuit terminum & copiam. Item produxit aliqua ſcripta. Hoß excepit quia nemo compareat mit Gewaldt wolt ſich nit einlaſſen / man Cauir dann. Petit proclama. Hauſer obtulit ſe intra menſem Gewaldt cum ratificatione fürzubringen. Cauit. Hoß non aliter admiſit quam pro cautione, alias periit proclama. Interlocutum eſt 22. Aprilis Anno 29. Iſt D. Hauſers jüngeſt Caution nicht angenommen / ſonder erkannt daß er in namen vnd von wegen

gen Comitis Gewaldt einzubringen cum ratificatione beſtand nachmals thun ſol. Id ſi non fiat / daß gebeten ruffen hiemit erkennt ſein ſol.

Ad eundem locum.

Si fuerit proceſſum cum procuratore cuius conſtitutio eſt ipſo iure nulla, nunquam per hoc perſona eſt legitimata, Imo ſemper opponi poteſt de nullitate perſonæ & mandati *Bald. in l. licet. C. de Procurat.* Et hoc etiam ſi iudex pronunciaret verum Procuratorem qui tamen erat falſus *d. l. licet numero 13.* quid autem ſi de mandato non appareat. Imola *in l. ſciendum ff. de verb. obligationibus.* Qui autem appellat à ſententia lata contra falſum Procuratorem, videtur ratificare omnia geſta per eum, *l. 3. §. falſus. ff. rem rata. hab. gl. magna in fin. l. licet C. de Procur.* Solennitas enim dicta in actis interueniſſe præſumitur, *Ang. in §. fin. de fideiuſſ.*

Ad §. So aber die Procuratorn.

Notandum quod ſi Procurator actoris

ris cauit de rato,&dominus ratum non habuerit, tenetur ex cautione ad intereſſe. *l.ſi ſine.ff.rem ratam haberi.* Imo,etſi non promiſit, tenetur tamen ad intereſſe, eo ipſo, quod ad inſtantiam rei non docet de mandato. *leg. prima. C. de credit.euict.pignor.non deb.* Bart. *in l.licet. C.de procur.*

Proceſſus autem & ſententia contra talem falſum procuratorem non valet, Quia non habet executionem. Secus in falſo procuratore rei, quia valet in ſuum præiudicium, & contra eum fit executio ſententiæ. *l. Plautius. de procurat.* Et hoc ſi ſciebat, ſe non eſſe procuratorem. *dict. leg. Plautius.* Hæc Bartolus *in l.de pupillo.* §. *fina. ff. de noui oper.nunciat.* Ioannes Andre. *in addition. ad Speculat. tit de execution.ſentent.* §. *ſequitur.verſicul.ſed pone.* Ludoui.Bolog. *conſil.96.*

AD EVNDEM LOCVM.

IN cauſis fractæ pacis ciuitatem vel aliquam communitatem concernentibus,

tibus, nõ ſatis eſt quod conſtituat Bürgermeiſter vnd Rath / pro ſe & communitate, ſed requiritur quod etiam tribuni plebis, die Zwölffer / Dreyzehener vnd Vierzehener / & ſimiles primates, iuxta cuiuſque loci conſuetudinem conſtituant ſimul procuratorem. Sicut in cauſa Minden contra Minden. Item in cauſa Braunſchweig contra Proteſtantes, 23. Decembr. Anno 44. Et in cauſa Helffenſtein contra Vlm. 3. Iunii, Anno 51. obſeruatum. Et hoc maxime in criminalibus & cauſis fractæ pacis procedit.

Ad eundem §. Sub finem.

Si autem procurator habeat generale mandatum, & non poſuiſſet ad acta, poteſt in ſententia vel interlocutoria iniungi, vt copiam ad iſta ponat, & pro eo, quod ipſe non facit, poterit iniungi pœna, vel etiam præteriri tacite, ſi prius non curatum eſſet per iudices.

AD TIT. XXII.

Von der Advocaten vnnd Procuratorn Ampt vor Raht.

PROCVRATORES QVID debeant notare in ſupplicationibus.

QVanquam ordinatio habet, Procuratores quoties citationem in cauſis vbi viua voce appellatum eſt, petũt, in ſupplicationibus debere exprimere qualitatem ſententiæ, & à qua ſententia appellatum ſit, & vtrum ſumma Ordinationi conformis. *fol. 28. fac. 2.* Hoc tamẽ non ſemper obſeruatum eſt, quia ſæpius vidi eos tantummodo allegare, viua voce in continenti appellatum eſſe, & deſuper citatio decreta fuit. Nam ex quo viua voce appellatum, ſequitur ſententiam fuiſſe diffinitiuam, alioquin non ſubſiſteret appellatio. *iuxta ca. vt debitus honor extr. de appellationib.*

Iam

Iam vero placuit vt ſemper tenor indicetur. Quod & fieri ſolet.

Sicut quoque vbi ex interuallo intra tamen decendium à ſententiis diffinitiuis appellatum eſt, iam non requiritur diem latæ ſententiæ indicare, ſed ſufficit narrare intra 10. dies à ſententia diffinitiua appellatum eſſe. Tutius eſt diem latæ ſententiæ indicare. Ex his itaq; habes in hoc iudicio narratis ſupplicationis ſtari. Et hoc quidẽ etiam locum habet in narratis, Deß ſchutzs vnd ſchirms: dummodo ille contra quem proceſſus petuntur immediate ſub Camera ſit, alioqui oportet prius anzeigen vel alias probationes adducere.

Et ordinatio habet, *fol. 29. fa. 1.* in ſupplicationibus & citationibus nomina litigantium hoc eſt actorum vel prouocantium quorum nomine proceſſus petuntur eſſe exprimenda, Et ſi aliter fiat etiam ſecundum ius non valere citionem, etiamſi ei qui inſeri debuerat inſinuatio fiat, vt deciſum in cauſa Mechlen contra Fürſtenberg. Atq; hinc

ſequitur, quod is, qui non exprimitur, non teneatur comparere, etiamſi legitime ibi facta ſit executio, vt hic in quadam cauſa definitum eſt. Tamen prædicta fallunt, primo, in cauſis ciuitatum & communitatum. Ibi enim ſufficit conſules, ſenatores & plebem eorumque anteſignanum in genere exprimere, iidemq́ deinde ſi iniuſtam foueant cauſam, in genere quoque condemnantur. Vt factum in cauſa Gillis contra Weſthofen. Et hoc quoque procedit, & habet locum in cauſis fractæ pacis, vt eſt videre in cauſa der Cleriſey zu Minden contra Bürgermeiſter vnnd Rath/auch Gemein daſelbſt. Et in cauſa Philippi Comitis de Hanauw/ contra Bürgermeiſter vnd Rath zu Straßburg.

Quid igitur ſi conquerar Ioachimũ Marchionem, & ipſius ſocios, me vi & bello opprimere, quęſtionis eſt an contra ſocios citatio vff die Acht poſſit decerni. Reſpondeo, non poſſe, niſi vel in ſenatu vel Cancellaria expreſſe nomina ſociorum exprimantur. Nam qui in citatio-

tatione in ſpecie non nominantur, non poſſunt banniri neq; excommunicari. Ita deciſum, cum Noribergenſes citationem contra Marchionē Albertū & eidem adhærentes ſocios in genere petiuerunt.

Procuratores ſe ſubſcribant, & ſine mandato vel cautione proceſſus impetrare nō poſſunt. *fo.27.fa.2.& fo.137.fa.1.*

Procuratores in cauſis pendentibus propter iuſtitiam extraiudicialiter petere non poſſunt. *fol.27.*

Ad §.1.in verbo. Da *viua voce.*

Si ſupplicans pro citatione narret, ſe viua voce appellaſſe, & ſeſe refert ad acta, tunc narrationi creditur, & citatio decernitur. Sin vero in ſcriptis appellauit, tunc neceſſe eſt appellationis inſtrumentum vna cum ſupplicatione exhibere.

Ad §. Item Welcher auch vmb Ladung.

Sed ſi ſunt multi conſortes vnius

appellationis nō eſt neceſſe omnes exprimere, Idem ſi ſunt creditores expreſſi in actis. Ita olim iudicatum in pleno conſilio 28. Septembris Anno 41. in cauſa Manßfeldt contra Manßfeldt. Nec obſtat ſupradicta Ordinatio, quia iſti non ſunt ſimiles perſonis his expreſſis. Requirunt enim quādam cauſæ cognitionem & legitimationem ad initium ſcil. an ſint hæredes & tutores aut auxiliatores vel complices.

AD TIT. XXIIII.

Von der Advocaten vnnd Procuratorn Ampt vor Gericht.

DE officio Procuratorum in iudicio vide ad lōgum, *fo. 27. fa. 2.* vt ſc. breuiter omnia ſine iniuriis proponāt, tūc quoq; friuolas exceptiones & ſubmiſſiones, dilationes cauſarum nullo pacto petant, exhibeant aut faciant.

AD

AD TIT. XXIIII.

Von der Advocaten vnnd Procuratoren Ampt vor der Cantzley.

PRocuratores pro copiis & proceſſibus Cancellariæ exoluere debent. *fol.31.fa.1.*

AD TIT. XXV.

Ob die Partheyen eygene Redner haben mögen.

§.*ibi.* Doch das dieſelbe geloben.

IDem in ordinatione antiqua An.95. prouiſum. Sed cū legato Bambergēſi (qui ſe obtulit ad iuramentum) non fuit ſeruatum ſed decretum: Sol ſich der Biſchoff mit Gewaldt vnnd Perſonen/ legitimiren vnnd vermög deß Reichs

Ordnung geſchickt machen. Anno 26. im Auguſto.

AD TIT. XXVI.

Von deß Käyſſerlichen Cammergerichts Cantzley Perſonen/vnd wie dieſelben angenommen werden ſollen.

SVcceſſio gradatim ad officia illa fieri debet inter perſonas Cancellariæ, Eſt proceſſus *l. vnicuique. Cod. de præpoſ. ſac. cub. libr. 12.* vbi etiam ſecundum ordinem perſonæ in eo officio ſuccedunt inuicem, nec alius admittitur, niſi prior non reperiatur idoneus.

Vidi tamen contrarium, cum abiiſſet D. I. D. Protonotarius 7. Martii, An. 57. petit vnus notariorum Magiſter Adamus Geyer promotoriales ad Archiepiſcopum Moguntinum pro præſentatione, quæ in communi & ſimplici forma denegatæ ei à Camera non erant: Nihil tamen efficere potuit cauſa pri-

ſa priuati odii inter Dominum C. V. & ipſum. Et quidam procurator nomine D. M. V. etſi minus ab omnibus reputabatur qualificatus, 7. April. eiuſdem anni receptus eſt.

Quot & à quo perſonæ Cancellariæ acceptari debeant. *fol. 32. fa. 2.*

TIT. XXVII.

Von deß Verwalters Ampt vnd Befelch.

De officio præfecti Cancellariæ fol. 33.

QVanquam in ordinatione cautum non eſt, vt prefectus Cãcellariæ aliquo onere in cõſilio grauetur, vſu tamẽ receptum eſt vt ipſe in cauſis arduis, vbi omnes Aſſeſſores ſentẽtias dare coguntur, nõnihilq; concipiendũ ſcribendũve ad Cæſarem vel alios Principes, vota excipiat & annotet non protonotarii. Sic quoque ſæpius vidi, eos ipſius

cōſilio vti, præſertim in proceſſibus decernendis. Hic enim præſens præfectus D. Viſch, vir magni iudicii, experientiæ & doctrinæ eſt.

TIT. XXVIII.

Von der zweyen Prothonotarien Ampt im Raht/ Gericht vnd Cantzley.

§3. Ferner ſetzen.

PRotonotarii tenentur facere prothocollum conſilii in quo ſententię deſcribantur, cum nominibus Aſſeſſorum, qui eas tulerunt & præcipue quoque vbi opiniones ſunt differentes, vt horum nomina & rationes ſententię & nomina maioris partis ſignētur, & perpetuo hæc omnia in ſecreto ſeruentur, Et hoc dicitur prothocollum conſilii. Secundum prothocollum dicitur protonotariorum, ex quo ſententiæ in audientiis leguntur & publicantur: Tertium

cium prothocollum continet ſenten-tentias per totum annum latas.

Ad §. finalem, Es ſollen auch.

Addunt Aſſeſſores rationes, cur ipſi nec inſtruere velint, nec ab aliis inſtrui. Nam ſi ipſi informarent, iam dici poſſent partiales, & odium ſibi partis aduerſæ ſtatuerent.

TIT. XXIX.

Von der Notarien Ampt.

DE officio Notariorum ſiue Tabellonium vide Chaſſaneum *in catalogo gloriæ Mundi, parte 11. conſ. 19. fol. 222.* vbi multa in honorem Notariorum referuntur.

TIT. XXX.

Von der zweyer Leſer Ampt.

Eſt de officio Lectorum folio 37.

TIT. XXXIII.

Von Tax der Cantzley Gefäll.

De taxa Cancellariæ.

HOdie nemo cogendus, vt literas ſententiæ accipiat; Sed id à Lectoribus curandum, vt expenſæ inſerantur Executorialibus pro modo laborum. Partes tamen debent ſe concordare cum præfecto Cancellariæ.

§ 1. *in verbo.* Für die Commiſſion.

In veteri Taxa de anno 1495. VVormatiæ facta ponitur quædam commiſſio

ſio delegationis totius cauſæ, cum omnibus ſuis appendicibus decidendæ: Item alia commiſſio cum cauſa appellationis, quæ hodie non eſt amplius in vſu. Cætera conueniunt cum hoc articulo, *fol. 18*.

§. 3. in fin. ibi, Solche Tax moderiren.

Olim literæ ſententiæ, ſeu illarum documenta non taxabantur, niſi in præſentia procuratoris partis victæ, & in expenſas condemnatæ: Ita decretum, & in audientia publica procuratoribus publicatum, 31. Maii, Anno 1499.

AD TIT. XXXIIII.

Von dem Pedellen Ampt.

DE officio Pedelli tractat hic tit. *fol. 40. fa. 2.* & infra latius de hoc docebimus.

Ad §. fin. Die ruffen zu jeder zeit.

Nota, quod non admittuntur excuſationes ſeu purgationes contumaciæ decreto proclamate, quoad euitandas expenſas.

TIT. XXXV.

Von der Botten Deputaten/vnd deß Bottenmeiſters Ampt.

HIc titulus tractat de officio nunciorum, & ipſorum præfecto, *de quo infr. tit. 37. latius habebis.*

TIT. XXXVI.

Ad princip. In jhren *Relationibus* geglaubt.

Von deß Cammergerichts Botten/vnd wie die beſtellt vnd angenommen werden ſollen.

PAnor. *in ca. quemadmodum contra falſam. ſuper verbo cautiones. de probat.* notat

notat *ex gloſſ.* Quod de iure nuncio non ſit credendum ſuper citatione, licet ſit nuncius publicus & iuratus. De conſuetudine tamen Longobardorum eis creditur. Alii dixerunt, quod credi debeat nuncio, ſi pars non reclamet. Hoſtienſis autem dicit, hoc arbitrarium eſſe inſpecta qualitate Citati & ipſius Nuncii. Vnde dicit potius credendum eſſe Epiſcopo neganti ſe citatum eſſe, quam vili nuncio, qui dicit, ſe Epiſcopum citaſſe, de quo per Ioan. Andr. *in c. cum parati. de appellat.* Sed Barc. *in extrauagant. ad exprimendum in verbo ad nuncium, per illum textum* tenet, quod etiam de iure credendum ſit relationi publici nuncii & iurati, niſi probetur contrarium. Et ita communiter ſeruatur, vt D. Ioan. de Imol. *num. 77.* Et quod præciſe credatur nuncio, tenet etiam gloſſ. *in d. c. cum parati. de appellat.* & Spec. *in tit. Citatio. § ſequitur. verſ. hac autem.* & Bart. *in l. 1. § fin. ff. de offic. præfect.* Vig. Ang. Aret. *in §. quadruplici, in 6. col. Inſtit. de act. cum ſimilibus.* per Decium *in c. prudentiam. de off. deleg.*

& d.

& d.ca.cum parati quum adductis num. vigeſimoſeptimo. iſtam eſſe magis communem opinionem. Et ibi ſubdit notabiliter, quod iſta concluſio procedat in his quæ nuncius explicite refert: ſed non præſumitur pro his, quæ ipſe dicit, quãtum ad ſupplendum de iure. Vide plura per Decium *in præalleg. loco.* Et communem iſtam opin. quod ſc. nuncio publico credatur, ſequuntur iudices Cameræ, prout *h.tit.36.*

AD TIT. XXXVII.

Von der Botten Ampt.

ORdinatio habet eum, qui per Notarium ſuos proceſſus velit exequi, debere præfecto nunciorum pro concordia dare, pro vnoquoque miliari ſemibacionem. Verum hoc puto intelligendum eſſe de illis proceſſib. qui ſtatim in initio litis impetrantur & exequuntur. De aliis enim, qui pendẽte lite decernuntur, non puto opus eſſe, vt aliquid prefecto præſtetur, & hoc verum

rum eſt. Et ſic ſæpius redemi proceſſus ex Cancellaria.

Ad §. Vnter welchem Botten alſo.

Sin autem ſubſit periculum vitæ aut carceris ex minis præcedentibus: Domini non putarunt eos cogendos,& tamen nuncius dimiſſus, & ob id admonitus,vt ante executionem in loco, vbi timeret, ſecuritatem vel cõductus promiſſionem pro ſe requireret antequam executionem faceret. Ita contigit in proceſſu Treuirenſi contra Luneburg decreto.in primo.L.diffamari.Etſi non poſſit ſine periculo peragere, aut facile ſecuritatem impetrare,curare debet vt per ſuos executionem faciat. Sed illa cauſa deinde per amicabilem tractatum eſt concordata. Anno 49.

Ad §.*fin. in fine.*

Nota, quod credendum eſt nuncio in relatione, quo ad officium ſuum, vt *ſupr.tit.36.late* ex DD.notatum eſt: præ-

terea

terea præſcribitur hic forma quædam, qualiter nuncii Cameræ inſinuationes & executiones ſuas facere debent, non ſolum in cauſa, vbi princeps domi vel in aula ſua deprehenditur, Nam hoc vltimo caſu non niſi ipſimet principi in faciem exequi debent. Ex quo non intempeſtiue quæritur. Princeps quidam cum extra domum vel aulam ſuam in quadam alia ciuitate deprehenſus eſſet, & nuncius eum ſępius accedere vellet, & tam princeps quam eius conſiliarii nuncium admittere, vel ipſius executionem recipere recuſarent, tandem quidam ex miniſtris vel ſecretariis ipſius principis literas vel proceſſus à nuncio recepit, eique promiſit, velle ſe eaſdem principi tradere & inſinuare. Cui confidens nuncius, proceſſus originales ei tradidit, & altero mane reſponſum requiſiuit, ſecretarius vero & ſe literas principi tradidiſſe, & ab eodem lectas eſſe reſpondit, & inſuper indignatum, quod procurator ipſius in Camera non præcauerit, aut impediuerit huiuſmodi

iuſmodi proceſſus maxime cum ei ſcripſerit, vt eum excuſet. Vtut tamen ſit, quod fateri velit ſibi factam inſinuationem: Dubitatur nunc, vtrum hæc executio ſit legitima, cum ſit vltima & peremptoria, vt princeps ille Eccleſiaſticus priuetur omnibus ſuis iuribus & bonis loco banni. Et quamuis iuxta literam Ordinationis non videtur ſufficiens, tamen de iure probari poteſt, quod ſit legitima, quia credendum eſt nuncio in relatione, quo ad officium ſuum, vt ſupra allegatum.

Præterea ſufficit, citationem in notitiam citati perueniſſe, licet nõ omnia legitime vel formaliter, quia habet ſuum effectum & rationem, ne pro inſciente habeatur, & non vocata parte contra eum procedatur. *per notata Dd. in l. vnoquoque. ff. de re iudicata. facit c. eum qui certus. de regul. iuris. in 6.* Denique cum princeps iuxta reſpõſum ſecretarii eoſdem recepiſſe dicatur, in hac relatione credendum eſt nuncio, & videtur princeps per hanc ſcientiam & patientiam

E ſeu

ſeu taciturnitatem ſuam, quod nō contradixit executioni ſuę acquieuiſſe perpulchra iura, quę late colligit Hippolytus de Marſil. *ſingul. 330. 349. 377.*

AD TIT. XXXVIII.

Wie vnnd welcher geſtalt ein jeder Bott die Proceſſ. exequiren / vnd derhalben Relation thun ſol.

Quomodo nuncii proceſſus exequi debeant.

EXecutio Principi vel Comiti perſonaliter fieri debet in loco domicilii, ſi hic non ſit iam Cancellario, vel locum tenenti, quod ſi hoc acceptare recuſet, iam cuilibet ex familiaribus, imo vel ipſi ianitori, etſi ne hic quidem accipere velit, tunc proceſſus ianuæ affigere poteſt. Ordinatio habet priuatis perſonis executionem in faciem fieri debere in ſuis ædibus ſi ſunt præſentes, *fol. 49. fa. 2. & fol. 50. fa. 1.* Quæro ita-

ro itaq; ſi pupillus & tutor vel curator ſimul citati ſint, an ſufficiat tutori vel curatori executionem factam? Reſpondeo, ipſi quoq; pupillo executionem eſſe faciendam, vt hic deciſum in cauſa Mecheln contra Lorentz Fürſtenberg. Et pro regula notandum, executionẽ hic non decerni per edictum, niſi quis publicus hoſtis, acceſſuſq; nõ tutus fuerit, vel citatus in nullo loco inueniri queat, & quidẽ in hoc caſu in primis loca nominentur & exprimantur, in quib. executio fieri debeat. *fol.50.fa.2.*

Ad Rubricam ipſam.

De hac materia an & qualiter nuncii citare debeant, & quoties ipſis credendum ſit, vide late Alex. de Imola. *conſil. 2. volum.3.* Item Lud. Roma. *conſ.497. & 457.* Item Ioan. de Imola *in l.ex conſenſu. §.fin.ff.de appellat.col.5.& 7:* Spec. *in tit.de citatione.§.ſequitur.col.2.& 3.*

Ad §.*1.in verbo,* Vnter Augen verkünden.

Citatio in faciẽ faciẽda. *gl.c.cauſam.de*

*dol.& contuma.*Bart.*in l.4.§.ait prætor ff. de damno infect.*

Ad eundem §.ibi, So ſol der Bott an demſelbigen Ort.

Per hunc articulum concluſum eſt in cauſa Landgrauii, valere citationem tanquam ad domum factam, eo alibi detento vel incarcerato, etiam in cauſa fractæ pacis, & quod incarceratus ſua culpa poteſt per procuratorem ſuum comparere, etiam in cauſa fractæ pacis, & ſecundum conſuetudinem Cameræ poſſit citari, vt in cauſa Furſtenberg contra Heſſen.

Ad §. Würdt aber der Bott dem Churfürſten.

Nuncius debet principi extra territorium ſuum verſanti proceſſus ipſemet exequi, & citatio in faciem eius fieri debet, alias executio inualida eſt. Bart.*l.1.§.præſides.ff.de requir.reis.* Attamen

men ſi citatio ſit illegitime facta, & reus nihilominus compareat, per comparitionem rei ſeu appellati, citatio videtur cum effectu & recte expedita. Clemen. *cauſam de electio.* Roma. *conſil.41.* Bald. *l. 1. ff. de feriis.*

Ad §. Zum ſechßten/ ſo wider ein gantze.

Vniuerſitas citanda eſt per edictum, vel per ſonum tubæ aut campanæ, *l. 2. C. de decur. lib. 10.* & ibi notat Bald. qui dicit aliter notari *in l. nam poteſt videri. ff. de regul. iur.* refert ſe ad notata *in l. fi. C. de iud.* Vnde etiamſi ſenatus offerat ſe recipere executionẽ nomine ſenatus & communitatis tamen non ſufficit nec recipitur in Camera, vt in cauſa Braunſchweig contra Proteſtantes. Et pro hoc in eadem cauſa deciſum eſt, *vt ſupr. tit. 21.* §. So aber die. non ſufficere mandata Burgimagiſtrorum & ſenatus confitentium, & conſtituentium pro ſe & communitate ſua, ſed requiritur etiam

vt ipſi Tribuni plebis iuxta conſuetudinem vniuſcuiuſque loci ſimul conſtituant, vt in cauſa Minden contra Minden / tertii mandati, & in cauſa Braunſchweig contra Proteſtantes, 23. Octobris. Anno 49. Et hoc maxime in criminalibus, & in cauſis fractæ pacis. Vide late Declp contra Pommeren, 1. Octob. Ann. 50. Quomodo vniuerſitas conſtituere debeat. Idem tenendũ, ſi vni conſortum tantum executio facta ſit, & nõ omnibus ac ſingulis ad domum vel faciem. Item ſi proceſſus per nunciũ alteri cuidam non nuncio ad exequendum fuiſſent traditi, vel etiã ſi p̃fecto vel prętori iudicii cõmiſſi eſſent ad exequendum partibus: Quia non poteſt haberi legitima excuſatio, ſi non compareat, vel contradicat pars, *vt infr. lib. 3. tit. 12.* §. als auch nach Brauch.

Ad §. Zum ſiebende, *ibi*, Were es aber,

Vide text. *in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. inf.* Rom. *conſ. 454.* Abb. *conſ. 84. in 2. vol.*

AD TIT. XXXIX.

Von den Notarien/welcher geſtalt ſie exequiren ſollen.

VT Notarius executionem iure facere poſſit, primo requiritur, vt in Rotulo Notariorum iudicii ſiue matricula ſit inſcriptus. Secundo, vt concordata, de quibus ſupra dictum eſt, tit. 35. §. Vnd nach dem. ſint exoluta. Tertio, vt eo modo, quo nuncii Cameræ faciat executionem. Quarto, vt publicum inſtrumentum de executione conſcribat. Quid ergo ſi iſti, qui nõ ſunt rite, vt dictum eſt, à Notario citati, nihilo ſecius comparent, an valeat executio, ita vt in iudicio procedi poſſit? Reſpondeo, valere, etiamſi in procuratorio generaliter poteſtatem de non conſentiendo adiiciant. Ita deciſum in cauſa Tübingen contra das Thumbcapitel zů Augſpurg/ & pulchre habes in ordinat.

Ad §. 1. Vnd aber in ſolchen Verkündungen.

Et ſic petitum proclama denega-

tum in cauſa Bamberg contra Marggraff Albrecht/ 7. Septemb. Anno. 51. Et adeo hoc verum, vt etiamſi cum huiuſmodi illegitima executione ſimul trãſmittatur documentum de legalitate notârii, tamen non recipiatur, eo quod legalitas tanquam qualificatio debet præcedere actum executionis. Atq; ita vidi multoties executiones caſſari.

Ibidem in Verbo. Er habe dann zuvor glaublich.

De hoc vide in receſſu Spirenſi, de *Anno 57. in verſi.* Wir ordnen vnd wollen. *fol. 10.*

Ad eundem §. & idem verbum.

Et ſic denegatum D. Georgio Tradelio, qui nomine alterius inſtitit, cum neque ipſius manum neq; ſignum habebat. Sed nudum ſenatus Auguſtani teſtimonium. Anno 56. in Septemb.

Ad

Ad §. Vnd ſollen die Notarii, ſo vnſers.

Quæritur hic, an Notarius commiſſam ſibi à iudice delegationem, ipſe ſcribere poſſit? & quod non tenet Bartol. *in l. ex ſententiis. ff. de teſtamen. tut.* & Bald. *in l. iudices. C. de fide inſtru.* Diſtingue tamen vt ibi.

Ad eundem §. *ibi,* Glaubwirdige Inſtrumenta.

Nam alias ſola Notarii ſubſcriptio non magis probat quam alia ſcriptura priuata, & ſic ſine inſtrumento publico, nec citans nec citatus probat executionem factam, vt puta, ſi citatus ſolus cõpareat, & petit ſe à citatione abſolui, opus eſt ei inſtrumento publico. Ita obſeruatum eſt in cauſa Hamman Adolph contra Conrad Wölfflin. Et quod ſimplici ſcripturæ Notarii exequentis non credatur, fuit etiam antea in Camera deciſum, 4. Maii, Anno 45. in cauſa Partleben / contra Heinrichen Müller. Nota ibidem, quod in pergameno, &

non in papyro inſtrumenta confici debeant, quod expreſſe vult antiqua ordinatio Notariorum *de Anno 12. verſ. item* Die Notarii ſollen/ꝛc. Et Spec. *de inſtru. editione* §. *inſtrumentorum, ergo publicum verſ. item quod ſcriptum eſt in papyro, &* §. *reſtat, verſ. 4. num. 38. in forma iuramenti Notarii hac ponitur,* Contra quod de iure non requiratur charta pecorina, vel pergamenum ſed ſufficit papyrus, tenet Bart. *in l. 1. C. de bon. poſſ. ſecundum tabulam.* quamuis Spec. & Panorm. *in cap. dilecta, de confir. vtil. vel inutil.* contrarium teneant.

Ad eundem §. *ibi* auff ſein Anſuchen geben.

Contrarium eſt obſeruatum in cauſa Arbogaſt Bores contra Vlrich Heiden 17. Aprilis, Anno 50. vbi appellatus comparuit & citationem in originali produxit, ſine tamen vlla executione, niſi quod ipſe inſcripſit præſentata, &c. quod proclama decretum, & 14. Iu-

14. Iunii. Abſolutio à citatione facta cum refuſione expenſarum & hoc ad relationem D. Viſchii contra ſententiam aliorum dominorum.

AD TIT. XLI.

Von den armen Partheyen.

De priuilegio paupertatis.

NOſtra ordinatio habet pauperibus procuratores dandos, eiſque gratis inſeruiēdum donec ad pinguiorem fortunam perueniant. Hoc verum ſi prius exhibito documento paupertatis iuramentū quoq; paupertatis præſtitū ſit. Hoc tamen non eſt perpetuum; Nam ſi quiſpiam alleget ſe pauperem, tantummodo petens in conſilio procuratorem vel aduocatum ſibi deputari qui neceſſarios proceſſus per ſupplicationem ſibi petat datur ei procurator ad hoc. Licet idipſum aliquo

quo modo cum ordine pugnare videatur, tamen hic vſus ſic obtinuit. Vidi quoque, vbi quis citatus ad iudicium comparuit, allegans ſe pauperem, nec non terminum ad adducendum documentum paupertatis petierit id ei conceſſum eſſe, eumque ad iuramenti præſtationem admiſſum etiam recte. Hoc tamen denegatum fuit Conrado Belting contra Preuſſen/ qui ad adducendum documentum paupertatis ſub reuocatione etiam proceſſuum terminum petiit, ſed non fuit ad præſtationē iuramenti admiſſus, neque aliqui proceſſus decreti. Conſultius tamen eſt, vt hoc iudicialiter petatur. Et quidem reus ſic non ſolum in principio litis documentum, vel priuilegium paupertatis adducere & allegare, ſed etiam hoc poteſt facere in media lite. Et quidem audiendus eſt, vt ex ſententia D. Neſeri eſt deciſum. Quid ergo, ſi pauper in iudicio Cameræ cauſa cadat, & deinde velit reſtitutionem petere, & ideo petat ex Cancellaria, gratis copias actorum

ſibi communicari, an audiendus ſit? Reſpondeo, nullo pacto audiendum, vt tandem ſit finis litium. Cum præſumptio ſit pro ſententia, præſertim quæ in hoc iudicio lata eſt. Ita deciſum in cauſa Cl[illegible]cõtra Peter Clais. Neſer dixit.

Ordinatio habet, pauperi non eſſe dandos proceſſus, id eſt, citationem & inhibitionem, antequam ſint acta obiter perluſtrata. Quid ergo, ſi quis forte callide ab initio taceat, ſe pauperem, petens citationem, eamque impetret, & deinde in iudicio alleget paupertatem, & documentum iuſtum paupertatis adducat, anſtatim ad iuramentum admittendus? Reſpondeo, nullo pacto admittendum, niſi prius exhibeat acta illa, vt habet ordinatio, & prius ſummarie perlegantur. Ei tamen compulſoriales decernuntur, ſi modo acta nondum exhibita ſint.

Pauperes in iudicio Cameræ, vt ſupra dictum eſt, coguntur præſtare paupertatis iuramentum. Quæro itaque, quod ſi dictum iuramentum coram com-

competẽte iudice, ſecundum formam noſtræ ordinat. præſtitum ſit, & adducatur hic eius rei documentum an hoc ſufficiat? Reſpondeo ſatis eſſe, nec neceſſe eſſe hoc in iudicio Cameræ reiterari. Hoc verum ſi in eadem adhuc cauſa ſit, ſecus itaque, ſi in alia eodem beneficio vti velit. Iam enim hic non eſt audiendus, niſi hoc rurſus ſaltem extraiudicialiter coram Iudicæ Cameræ præſtet. Ita deciſum in conſilio 4. Decemb. Ann. 49. in cauſa Conrad Barts contra Martin Hagenfiſch. Documentum quoque pauperpertatis ſi iudicialiter exhibeatur, poteſt contra illud excipi. Nota quod hæc Ordinatio licet loquatur de initio litis tantum, tamen idem eſt in proceſſu cauſæ ſi pars vellet quod ſimiliter examinanda eſſent acta ad excludendam fraudem pauperum, quod alias ab initio proceſſus ſuis ſumptibus redemerint & poſtea iurant, vt partem aduerſam temere vexarent. Et ita obſeruatum eſt in Camera.

Nota item quod licet in cauſis pauperum

perum, ſi producatur teſtimonium pau pertatis conforme iuramento ordinationis & pars ſupplicans admittatur ad iuramentum paupertatis & deinde primo decernantur compulſoriales ad edenda acta & reuidenda, antequam citationes emittantur, tamen ſi pars pauper ſupplicans non ſolum aut vere agat ex ſua perſona, ſed etiam pro ſuis conſortib. tunc non ſolet admitti, niſi præciſe tantum pro ſe vel iniungitur, vt doceat ceſſionem ſibi vere & non ſimulate factam.

Item ſi tale iuramentum mater vel pater hic vel alibi præſtitiſſet, & deinceps pendente lite actor vel actrix è viuis migraſſet ſuperſtitibus filiis & filiabus, ſolutis vel coniugatis, ad quos actio iure ſucceſſionis peruenerit, reiterare iuramentum paupertatis debent alias non proceditur. Vt vidi in cauſa Hans Bonſels vxoris defunctæ maritatæ hoc præſtare. Acta fuere contra Epiſc. Bābergenſem in menſe Feb. anno

57. in puncto commiſſariorum. Pauperi enim non habenti vnde cauſam ſuſtentet, iudex debet ſumptus decernere, Guid. Pap. *61*.

Sed quid ſi, ut contingit, pauper non producat legitimum documētum, ſed tantum miſſiuam cuiuſdam nobilis, non à iudice? Iniunctum eſt, vt ſi producat legitimum documentum, exinde fieri debet, quod iuris eſt. Poſtquam pauper conqueſtus eſt, ſe ex longinquo non poſſe tantam diſtantiam hinc inde diſcurrere, & adferre teſtimonium, tamen paratus ſit promittere ſub pœna Domino iudici adferre vel tranſmittere documentum, & ſic iterum petiit admitti, & vigore huius Ordinationis, quæ admittit teſtimonium ſiue documentum, ſub hac conditione admiſſus eſt ad iuramentum, & deſuper decretæ compulſoriales & procurator conſtitutus. Et nota, quod ſi non tranſmittit promiſſum documentum, exinde ceſſare priuilegium, nempe, quod nihil gratis eidem concedatur in iudicio.

Ad

Ad §. Sa auch *ibi* mutwilliglich.

Calumnioſe appellans de iure ciuili vltra condemnationem expenſarum etiam pœna pecuniaria punitur *l. à p: ò-conſulibus, C. de appellat:* ſcilicet in 50 libr. argenti, *l. 2: & ibi, Bald. C: de epiſc. aud. l. ab execut. in fin. C. quorum appell. recip.* Sed de æquitate canonica non punitur, niſi cũ refuſione expenſarum *Philip. Franc. in c: inter cætera de appellat:*

AD TIT. XLVI.

Von Beſoldung der Aduocaten vnnd Procuratorn.

NOta quod pro ſalariis procuratorũ & aduocatorum in Camera, ipſi petere poſſint & ſupplicare, pro taxatione non ſolum iudicialiter, ſed etiam extraiudicialiter in conſilio. Quæ quidem viſis actis & protocollo taxantur

F citra

citra omnem præſentiam contradictionem vel exceptionem aduerſarii, & iis taxatis decernitur Monitorium & præceptum contra partem ſub pœna, N. marcarum auri.

Harum dimidia pars parti, altera vero fiſco ſoluenda. Et illo Monitorio executo poteſt ſummaria & viua petitio in eius reproductione more ſolito fieri, ſcilicet, cum non ſit obtemperatum Monitorio, & repetito mandato accuſet contumaciam, & petat in pœnas declarari & ſibi dimidium adiudicari, & nihilominus petat eidem Monitorio adhuc ſatisfieri. Et ſic ſummarie proceditur & fit declaratio, quia iuſtificatio eſt facta, ante decretum monitorium per taxationem; Licet viderim ego aliquoties etiam poſt executa, & reproducta Monitoria, proceſſum veluti ordinarium fieri, nempe quod impetrans dederit petitionem in ſcriptis, & petierit deſuper litem conteſtari vel pro conteſtata haberi; Idque cum ita factum eſſet, & ſummarie proceſſum,

non

non comparentibus citatis & monitis, ſeynd ruffen erkandt/ & lis in contumaciam pro conteſtata accepta, & pro iuſtificatione. Deinde repetita taxa vel aliis ſententiis procedentibus declaratio in comminatas pœnas ſub termino vel conditione ſcilic. menſis aut quindenæ facta, vel ex abundante præfixus terminus per comminationem, ſi ex tunc non paruerit, quod deinde peremptoria petita declaratione fieri debeat, quod iuris. Et ita decretum in cauſa Schuldtforderung D. Brennerſen contra Altmeinſters Erben.

Ad §. Vnd damit in ſolchem Tax.

Sæpe & multum fuit per Aſſeſſores conſultum, ante & poſt hanc ordinationē: Ob den Procuratorn die Dienſtgelt gar abzuſchaffen/ ita vt iuſto honorario contenti citius ad finem & expeditionem cauſarum properent, neque propter annua ſtipendia lites facerent

rent immortales. Sed cum ſtatus Imperii & Reformatores hanc diſputationem ſiniſtre interpretarentur, hactenus nullo modo abrogari potuerunt. Sed anno 57. Spiræ ita ſanxerunt, ne Procuratores & Aduocati annua ſtipẽdia flagitare, neue pacta de quota litis remuneratoria ſeu conuentiones partibus perniciosas vel graues inire poſſint, *fol. 14. in receſſu Spirenſi.*

AD TIT. XLVII.

Von deß Cammer Gerichts Pedellen vnd Botten Beſoldunge.

De ſalario Pedelli.

QVanquam ratione proclamatis ei debetur aureus, tamen ſi contra plures litis conſortes fiat, iam tantummodo tres floreni debentur. In cauſis fiſcalibus procuratores ſeſe amice cum ipſo concordare ſolent, puto quoque

eam ob rem ex fiſco duodecim florenos ei dari, Ex gratia quoque Xenioli vice dantur ei ex fiſco ſex floreni. Tum quoque in ciuitate Spira & viciniori-bus locis Citationes, executiones & atteſtationes facere poteſt,& quantum ſalarii inde exigere poſſit, nuper in conſilio deciſum; vt ſcilic. ſi in ſcriptis Spiræ faciat executionem, pro ea habeat dimidium florenum, ratione arreſti vel verbalis citationis vnum & dimidium bacionem, alias 4. baciones. Quid ergo ſi procuratores nolint pœnas, ad quas ipſi condemnantur, vel den ruff Gülden bezahlen/ ſi pedellus de hac re conqueratur & regiſtrum exhibeat in conſilio, per decretum mandatur, vt ſub pœna, nach ermeſſigung intra 8. dies condemnata exoluant *ita factum 17. Decembr. Anno 1552.*

De Salario Nunciorum.

Ordinatio quoque hic habet nunci-

cios de octo miliaribus vnum tantum modo florenum 16. baciones & pro executione 8. baciones exigere poſſe. Hoc tamen fallit, ſi plures perſonæ in citatione comprehenſæ ſunt: Tum enim pro executione dandus vnus florenus, hoc eſt, 16. baciones. Idque rurſus ſi in diuerſis locis morentur, ibique executio fiat. Tum enim inſuper pro qualibet executione dandi 4. baciones deducto crucifero. Et hæc vera ſiue ab vna parte ſiue a pluribus varios proceſſus habeant, veluti citationem, inhibitionem compulſoriales anne pro vna quaque executione numerandum? Reſpondeo quod ſic, quia diuerſam operam impartiri & ſingulatim executionem annotare cogitur. Hæc deciſa in pleno conſilio 23. Septembris, Anno, *1551.* in cauſa Walbroner contra

Mathis Menck-

heim.

AD

AD TIT. XLIX.

Von Freyheiten / Sicherheiten vnd Geleith der Perſonen deß Keyſerlichen Cammergerichts.

De priuilegio & ſecuritate perſonarum huius iudicii.

QVanquam ordinatio habet perſonas iudicii, Camerę in nullo alio iudicio conueniri debere, quam in hoc iudicio Cameræ; tamẽ hoc intelligendum eſt, & ſeruatur tantummodo in perſonalibus actionibus non in realibus. Ita deciſum in cauſa Hermanni Amelungs, contra Epiſcopum Monaſteriẽſem. Inſuper priuilegium hoc, quod habet perſonas Cameræ vna cum familia ab omnibus oneribus immunes eſſe debere, aiunt eſſe perſonale. Itaque vna cum perſona, diem obire: Igitur etiam viduas eo gaudere poſt mortem maritorum non poſſe, vt deciſum

in cauſa, viduæ Reiffſtecks cõtra Spirenſes. Sed audio hoc in ordinatione anno 1555. correctum eſſe. Porro hoc quoque volunt extendere, ad ędes & bona quæ eo loco emunt Camerales vbi eſt iudicium Cameræ, de his autem bona pars putat tributa exoluenda, quæ vulgo Schoß nominant: Si tamen ordinario modo hoc exigatur, hoc retulit Neſer in pleno conſilio 23. Maii, Anno 50. Ideoq; tranſactio inita cũ Spirenſib. quantũ ſcil. eam ob rem, dandũ ſit. Nonnulli vero Aſſeſſorum nolebant acquieſcere tranſactioni, ac ſeparatim & ſeorſim ſe concordarunt cum ſenatu, & hoc vnicuique liberum fuit.

Tranſactio in cancellaria, facile reperiri poterit. *Vide de hac re l. magiſtros l. Medicos. l. grammaticos, Cod. de profeſſ. libro decimo ordinat. fol. 58. fa. 1. & Paridem de puteo in tractatu de Syndica.* Sic itaque Aſſeſſores in iudicio Cameræ non ſolum iudicialiter ſed etiam per ſupplicationem in conſilio ratione debiti

debiti conueniri poſſunt. Et hoc caſu Aſſeſſori ad ſui defenſionem porrigitur ſupplicatio, & ſi iam in ſcriptis ſe non defendat, & rurſus contra eum ratione debiti eiuſdem ſupplicatur, iam ei ſub pœna Marchæ argenti, vel etiam maiori per decretum iniungitur, vt vel ad primam iuridicam aduerſario ſatiſfaciat, aut in conſilio adducat cauſas, quare hoc facere non teneatur. Ita deciſum 30. Ianuarii, Anno 50. in cauſa D. Zinneri. Hic enim à ſacerdote ob non ſolutionem penſionis alicuius domus accuſabatur.

§. 1. *ibi*, Sicherheit vnd Geleit haben.

Litigantes in Camera habent ſecuritatem, ſed an propter maleficia alibi commiſſa poſſint capi? Contingit iſte caſus in cauſa Burſalen & Haren contra Aach. Quod quidam principalis cõſtitutus & ſolicitator eorum de Haren huc Spiram venit, & in iudicio Cameræ

comparuit cũ in prædicta cauſa ageretur: tandem venit quidam nuncius Aquiſgranẽſis, qui ex mãdato dominorũ ſuorum, à Senatu Spirenſi obtinuit reum incarcerari propter allegatum homicidium ab ipſo reo Wurſalen perpetratum, & nuncius ſe inſcripſit, ſeu ad talionem obligauit, Reus modo per ſuum procuratorem ſupplicari facit pro mandato contra Spirenſes de relaxando, item pro citatione ad pœnam pro fracta ſecuritate: ſed fuerunt denegati proceſſus: Fuit igitur diſputatum de ſecuritate. Quidam enim intelligũt ordinationem daß ſie ſonſt Geleyt ſollen haben/ ratione aliorum als wann ſie anders wo ſchuldig ſeyn vnnd daß ſie ſich nit ad maleficia erſtrecke. Ordinatio non exprimit quid ſit faciendum, ſi quis in alio loco maleficium cõmiſerit, & deinde Spiræ accuſatus fuerit. Videtur tamen quod mens Ordinationis ſit, quod cognitio ſit dominorum Aſſeſſorum ſuper maleficio, ſed alii dicunt cõcluſum eſſe quod illorum cognitio ſit

tantum

tantum ſuper maleficio, ſcilicet, an ſit maleficium. Verba enim ſicherheit vnd Geleyt haben in Ordinatione poſita intelligit D. Neſer de ſecuritate facti, & ſic etiam intelligit Euerhardus, vt partes poſſint tuto cauſas abſque violentia proſequi, & ſic intelligit etiam Viſch, quod ſcilic. Ordinatio dat ſecuritatem fur Gewalt aber nicht fur ordenlichen Gewaldt/ & putat idem Viſch, dz die Parthꝛyen für das Cammergericht auch in andern Sachen/ dan darumb ſie daran hangen gehören. Putat etiã Stumphius, ſi quis velit ein Parthey Cammergerichts hic conuenire ſuper inito con tractu alibi, quod iudex Cameræ habeat iuriſdictionem, ſecus in delictis alibi commiſſis quam hic.

Nota igitur quod perſonæ habentes cauſas in Camera pendentes ratione contractus vel obligationis perſonalis qui commiſſi vel contracti ſunt in loco Cameræ non ſolum in iudicio de quo non eſt dubium, ſed etiã extra iudiciũ in ciuitate hac vel extra in ſuburbiis

ſi ſe

ſi ſe conuenire velint, quod in hac Camera Imperiali poſſint. Et hoc idem ſeruandum vel extendendũ eſt ad ſollicitatores vel proprias cauſas iudiciales hic agentes & tranſeuntes ad iudicium. Et ſic decreta eſt citatio contra cuiuſdam patris filium, qui ſollicitandi cauſa huc venerat, & iã iam receſſurus cum extra vrbem apud currus meritorios vidiſſet aduerſarium patris ſui, eundem grauiter iniuriis impetiit. Qua de cauſa ille iniuriatus illum in Camera conuenit. Et idem eſt, ſi eiuſmodi aduenæ noluit ſoluere hoſpitibus vel aliis, qui habent contra eos querimoniã, quod in Camera, & non apud Burgimagiſtros ſint hi conueniendi. Nam vt dictum eſt in cauſis ciuilibus peregrini aduenientes, & in Camera agentes aut ſollicitantes non ſubiiciũtur magiſtratui Spirenſi, ſed Cameræ. Et in criminalibus committit Camera magiſtratui eius loci, etiamſi propter delictum alibi commiſſum hic capiantur, vt in cauſa Goddert Müllers contra Aach.

Et

Et nota, quod Anno 29. die Auguſti 26. Spirenſes cæperunt Chriſtophorum cognomento genannt Steinmorer / qui fuit ſcriba in Camera, & detulerunt eum Iudici, eique tradiderunt claues ad carcerem, quas Pedellus ex commiſmiſſione iudicis accepit & ſeruauit. Et licet petierint eum ob maleficiũ commiſſum puniẽdum ipſis remitti, tamen quia in pleno conſilio ſenatus fuit conclusum, delictum illud non mereri pœnam corporalem, fuit eis denegatum. Et licet putauerint aliqui, quod etiamſi pœna corporis foret imponẽda, tamen cognitio & condemnatio ad Cameram ſpectaret, & executio tantum illis committenda eſſet. Quamuis aliter alii ſenſerint. Quod tunc non fuit expeditum. Sed hodie habemus articulum, qui hoc decidit infra eadem parte, *tit. 50. §. vlti.* qui incipit Weiter ſo ſich ꝛc. Si maleficiũ ſit capite puniendum, & notorium vel alias probabilia ſubſint iudicia, debet iudex Cameræ inquirere, & ex tunc reum ad Magiſtratum remittere. Vbi notan-

tandum, quod non eſſet decorũ, quod iudex Cameræ pro huiuſmodi captis ob maleficiũ vel delictum intercedat, ſed iuſtitiæ ſua via relinquenda eſt, vnde denegata fuit huiuſmodi interceſſio ad promotoriales Regis Daniæ pro ſuo famulo, qui Spiræ homicidium commiſerat & decapitatus eſt. 2. Maii Anno 50.

Ad §. Es ſollen auch die junge Doctores.

Iſte articulus additus eſt in comitiis Auguſtanis, *Anno* 55. Et ante per omnes DD. 22. *Aprilis Anno* 51. conſultatum & concluſum fuit contrarium, quod ſcilicet ſubiacent iuriſdictioni Spirenſi.

Ad §. fin. So wollen die Keyſerliche *&c.*

Contra ſaluum conductum facere dicitur qui vim de facto contra ius infert:

Ergo

Ergo habenti ſaluum conductum, ſi ob delictum aliquod capiatur, mandatum ſuper relaxatione & citatione ad videndum denegatur. Guido Papæ *deciſione quadrageſima prima.* quis ſaluum conductum facere vel dare poſſit. Mattheus de Afflict. *deciſ. 4. & 5.*

AD TIT. L.

Von der Viſitation / Reformation vnnd Straff der Perſonen deß Käyſſ. Cammergerichts in der Gemein.

De pœna Aſſeſſorum.

ASſeſſores & Procuratores vna cum aliis perſonis, quæ Cameræ ſubiectæ ſunt, an & quando ob maleficium, vel quaſi capi & puniri poſſint. Vide in Ordinatione *fol. 6. fa. 1.*

Hic maxima & vehemens aliquando diſputatio fuit, cum Lictores cœpiſſent N. N.

Ad

Ad §. Es ſollen auch: *ibi*, Durch ſolche Viſitation. *in fine*, Viel.

Hic §. in Comitiis Auguſtanis Anno 1555. à ſtatibus additus eſt. Poſuit enim Typographus in vlt. verſ. adulterin[illegible] dictionem, viel/ loco, nit. Vbi legẽdum, nit nachmals außgeſchloſſen werden/ vt omnino expreſſus & manifeſtus intellectus haberi poſſit, *fol.63.fa.2.*

AD TIT. LII.

Von Straff der Advocaten vnd Procuratorn.

QVæ ſit pœna Aduocatorum & Procuratorum, ſi aliquid contra Ordinationem in iudicio, vel extra iudicium committant. Vide omnino in Ordinatione. *fol.61.*

Et ibi nota, quod quotieſcunq; Procurator receſſum vel exhibitum contra Ordinationem porrigit, punitur. Et quod

quod tum receſſus & exhibitum quoq; palam reiici debet, id vero non ſemper obſeruatur. Punitur quoque procurator aureo, ſi in cauſis Gallicis non Latine ſed Germanice loquatur, idque vſu obtinuit. Et hanc pœnam à clientulis nullo pacto repetere aut extorquere poſſunt, ſed pauperibus danda eſt. *fol. 61. fa. 2.*

Procurator ære proprio pœnas luere debet, & ſub pœna periurii id ſiue volente ſiue nolente ſuo principali recipere nõ poteſt. An autẽ illi, cui nõ licet exigere, ſaltem liceat oblatum recipere? Vide Decium *in l. inuitus. §. quod cuique. ff. de regul. iuris. c. exigit. de cenſib. libr. 6.* qui concludit quod ſi ſtatutum ſiue ordinatio prohibet ſalarium accipere, ita verba ſunt generalia, & comprehendunt etiam ſponte ſoluentem. Secus ſi quis eſſet prohibitus petere ab eo, qui ſponte ſolueret. *capitu. dilectus. de ſimon.*

G AD

AD TIT. LVII.

Von deß Käyſſerlichen Cammer-richter, vnd Beyſitzer Eyde.

EGo iuramentum hoc bis preſtiti, ſemel vt ordinarius aſſeſſor, deinde vt extraordinarius. Idq; hic moris eſt, etiamſi quis Ordinariorum Aſſeſſorũ nomine alterius principis altiorem ſeſſionem inter Ordinarios Aſſeſſores accipiat. Ita D. Hundt accidit.

Ad Rubricam ibidem.

Non valet ſtatutum nec cõſuetudo, vt iudicibus remittatur iuramentum. Quia materiam delinquẽdi daret. Roth. Curtius *in regul. cap. fin. col. 13.* vbi multa allegat de cõſuetudine.

Ad §. 1. ibi, Kein Gabe/ Schenck oder einigen.

Iudices an munera, vel eſculenta, vel

vel poculenta accipere poſſint. Vide Matthæum de Afflict. *in con. reg. Sicil. in conſtitut. incipiente Capitaneorum, in principio, numero vigeſimo ſeptimo. & ſequenti fol. 108. text. & DD. in l. plebiſcito. ff. de officio præſid. & in Authentic. ſcriptum eſt exemplar, quæ eſt in coll. 2. poſt titul. Vt iudices ſine quo ſuff.* Alexander *conſilio 205. Viſo themate libr. 2.* Anchoranus *in capitul. ſtatutum. §. inſuper.* vbi etiam Archidiaconus, & Iohannes Andreas *de reſcript. libro ſexto.* Roſatus & alii *in l. ſolent. §. fina. ff. de off. proconſ.* Bartolus *in l. lex Iulia. ff. ad legem repet.* Salicetus *in l. iubemus. C. eo.* Speculator *in titul. de ſalariis.*

Ibi, Niemandts zu eroffnen.

Iurans non reuelare poteſt turpia & illicita reuelare. *gloſſ. in capitul. Ego Epiſcopus. de iureiuran.* quam dicit ſingularem Roman. *ſingulat. 506.*

AD TIT. LXV.

Wie die Procuratores iuramentum calumniæ ſchweren ſollen.

NOta, quod procurator fiſci non iurat de calumnia, ſecundum *capitul. Sacramentum. de conſuetud. feud.* Contrarium tenet Lucas de Penna. *Cod. de iure fiſci.* Vide ſupra Titulum decimumſeptimum, vbi hoc latius tractatur.

Etſi aliquis pro confeſſo habeatur, quod iuramentum calumniæ recuſarit, tamen hoc limitandum eſt, niſi prius ſuper tota cauſa præſtitum eſſet, quia tunc iterato iurare recuſans excuſatur. Baldus *in authentica, Hoc iuramentum. C. de iuramento calumniæ præſtand.* Philippus Franc. *in cap. final. de confeſ. lib. 6.*

AD

AD TIT. LXIX.

Folgt der Eyd / ſo deß Klägers Anwalt ſeine Artickel mittel Eyds vbergibt.

ISta iuramenta procuratorem tam actoris quam rei ſuper articulis dandis, & reſponſionibus non ſunt olim præſtita, quando iuramentum de calumnia fuit præſtitum, vt in protocollo, de Anno 1495. annotatum reperitur.

Ibi, Jhr als Anwaldt werden ſchweren.

Et niſi actor ita iurarit, reus non tenetur reſpondere, nec habebitur pro confeſſo, prout de hoc iuramento loquitur Baldus *in capitul. pertractandis. de iurament. calumniæ. & in l. iudices. C. de iudiciis. gloſſ. magna in fin. C. de confeſſis.* Speculat. *libro ſecundo. parte 2. in titul. de poſitionib. §. primo. verſic. oblat.*

Item Iaſon *in l. poſſideri. C. de acquir. poſſeſ.* Et iſti loquuntur de iuramento illo, ſecundum Balth. Stumpff.

Ibidem in fin. & niſi quis ita iuraverit.

An quis teneatur reſpondere poſitioni continenti factum alienum? Reſpondeo quod non videtur probari per textum *l. Marcellus. §. de action. re. annota. item per gl. verſ. rationabili cauſa. & verſic. item ſi ſic de facto alieno. cap. 2. de confeſ. lib. 6.* Specul. *de poſitio. §. Septimo videndum. verſ. Quarto conſiderandū eſt. & §. Quinto ſupereſt. verſ. & not. eo tit.* Ferrar. *in practica, in forma excipiendi contra poſitiones. in gloſſ. verbi, & in facto alieno.* Contrarium tenet *gloſſ. verſio. exiſtimat. verſicul. item non de facto alieno. l. ſecunda. §. quod obſeruari. C. de iurament. propter calumn.* perhibens huiuſmodi poſitioni reſpondendum eſſe, quam gloſſam ibidem ſequitur Cynus *ad fin.* §. Dummodo factum alienum faciat ad cauſam.

Hanc

Hanc opinonem Cyni tenet & Bart. ibidem & reſpondent ad *d. l. Marcellus.* & addit Bartolus. Quod ſi quis dubitet, debeat dari ei terminus ad deliberandum. Sequitur Baldus, cũ moderatione aliqua, ſi deliberando ſuper tali facto in reſpondentem cadere poſſit certa opinio legis, ſi poſſit animum ſuum informare ad credendum. Paul. Caſtren. aſſentitur *in d. §. quod obſeruari. colum. quinta. verſi. primus caſus. Landfrancus in repetit. c. quoniam contra. de probat. ſuper verbo reſponſiones. verſ. quia regula. & in ſuo tractatu reſponſionum, ſeu interrogationum.* Gemimanus *in capi. de confeſſ. col. pen. lib. 6.* Iacob. de Aman. *in ſuo tractatu poſitionum & interrogat. quem Breuiloquum nominat. verſic. Septimo breuiloquio, qui dicit Bart. opinionem eſſe communem.* Stat ergo firma regula, poſitioni continenti factum alienum, reſpondendum eſſe, dummodo factum ad cauſam faciat, & reſpondens per terminum datum ad deliberandum certificari poſſit.

AD TIT. LXXV.

Der Eydt ſo einer wirdt zu einem Curator zum Krieg geben.

NOtatur, non paſſim hic dari pupillis tutores vel curatores, neq; ad lites, ſed vt hoc fiat, neceſſe eſt, idipſum hic per ſupplicationem, vel miſſiuam, iudicialiter tamen in conſilio exhibitam peti, & vt ipſi immediate ſub Imperio vel Camera ſint: Quo caſu hic conceditur & tunc iudicialiter vel etiam in conſilio apertis ianuis ad iuramentum tutor vel curator admittitur, & iudex ſuum decretum interponit.

Et iam iſti tutores, vel ſi Eccleſiaſtici homines ſint, in foro pupilli conueniri poſſunt, Sic Abbas in Weingarten tanquam tutor hic citatus fuit.

AD

AD TIT. LXXVI.

Der Eydt/ ſo einer oder mehr zu Vormunden geben werden vnd durch einen Procuratorn geſchworen wirt.

Ad Rubricam.

FOrmam iuramenti matris vel eius procuratoris tanquam teſtamentariæ vel legitimæ tutricis ſuorum, vide in protocollo *de anno 99.27. Aprilis.* Fere recidit in hanc formam niſi quod adduntur iſtæ clauſuæ, *quod renunciat ſecundis votis durante tutela, item S.C. Velleiano & aliis priuilegiis mulierum, quibuſcunq; iuxta Auth. matr. & auiæ C. qu. mul. tut. off. fun. poſſ. ibi gl. & DD.* Ita practicatum cum Ioannes VVerner à Themar Aſſeſſoris relicta vidua Anno 53. & vidua Neſeri An. 54. Item in vidua Poſtmeiſterin à Reinhauſen, filii de taxis, anno 57. In Ianuario.

AD TITVLVM LXXVIII.

Eydt der Armen.

IVramentum hoc procurator partis non præſtat, ſine ſpeciali mandato. Quo non apparente non admittitur, etiamſi pars aduerſa nihil opponat. Ita obſeruatum in cauſa Riedern/ decretum in conſilio, 26. Auguſti, Anno 50.

Ita hoc iuramentum in vna cauſa præſtitum, non releuat in alia, ita deciſum in Conſilio, decimoquarto Decembris, Anno quadrageſimo nono. Attamen ſi in eadem cauſa coram inferiori iudice ſit præſtitum, non opus erit amplius reiterare coram ſuperiore.

AD

AD TIT. LXXXV.

Der Eydt/ ſo ein Artzt/ Barbierer/ oder einer andern Kunſt erfahrner ſchweret/ vber das ſo jhme auß Erfahrung ſeiner Kunſt bewußt iſt.

VIde Bart. *in l. Theopompus ff. de dote prælegat.* & Alexand. *in addit. ad Barto. in prooemio, ff.*

AD TIT. LXXXVI.

CVm itaque nuper Iudæus quidam procuratorem conſtituiſſet, vt is ipſius nomine hoc iuramentum præſtaret, diu dubitatum eſt, an poſſit, nec ne: Tandem concluſum hoc per procuratorem Chriſtianum fieri non poſſe. Igitur neceſſum eſſe, vt vel Iudæus iuret, vel alium Iudæum ad hoc ſpecialiter conſtituat. Hæc cõcluſio facta 25. Januar. An. 51. in cauſa Gemundt contra Jacob Jüden. Nam Doctori Caden procuratori ipſius Iudæi delatum erat iuramentum expenſarum forma ſolita, vide-

videlicet ſi Iudæus per ſe vel procuratorem ſuum iuraret, ſe tot expendiſſe, ſoll er darzu gelaſſen ſeyn. Quæ ſententia poſtea limitata eſt circa hæc verba, per procuratorem ſuum, hoc eſt, per Iudæum ad hoc ſpeciale mandatum habentem, vt infra *§. final. huius titul.*

Sed quæro, an Iudæus poſſit præſtare iuramentum Chriſtianorum? Reſpondeo, non poſſe, ſi tamen hoc præſtiterit, cogitur ſatisfacere. De iuramēto Iudæi vide Socynum *conſil. 68. incip. fruſtra. in prima parte.* Item formam Iudæis deferendi iuramentum ponit Specul. *in tit. de iuramen. calumniæ. §. 3. verſ. Sed pone Iudæus eſt, num. 17.* Et Iudæi debent iurare ſecūdum ipſorum morem, & horum iuramento perinde fides habenda, atque iuramento Chriſtianorū, *l. ſi quæ. C. de Iudæis. c. mouente. 22. quæſt. 1.*

Quia ſupra paucis annotauimus quo pacto procuratores puniendi, & ipſis pœna infligi poſſit, adiicere hic libet, quod nuper in cauſa Slettow contra

Mecheln-

Mechelnburg obſeruaui videlicet quod quidam procurator, quem repudiauerat dux, noluit alteri à nouo conſtituto procuratori Ducis acta exhibere, cui per decretum ſub certa pœna iniunctũ fuit, vt Ducis procuratori acta exhiberet, ſaluo tamen cõdigno ipſius ſalario. In alia vero cauſa puto me vidiſſe procuratorem noluiſſe ante exolutionem ſalarii hoc facere volentem iure retentionis vti, de qua vide *l. quæ omnia. 25. §. vlt. ff. de procur.* Vtrum vero liceat alium procuratorem conſtituere, & an procurator poſt litis conteſtationem exonerare ſe poſſit. *vide l. procuratoribus. 22. C. de procurator.*

LIBER

LIBER SECVNDVS ORDINAT. QVI TRACTAT DE POTESTATE Iudicii Cameræ in prima inſtantia.

AD TIT. I.

Erſtlich von Perſonen vnnd Sachen/ſo nicht dem Reich ohne Mittel/ſondern andern Gerichten vnterworffen/vnd an das Cammergericht in erſter Inſtantz nicht gehörig.

PRIMO ſciendum, Cameram habere ordinariam Iuriſdictionem omnium hominum & negotiorum totius mundi, cum ſc. ipſa Imperatorem dominum totius mundi repræſentet, & autoritatem ab ipſo habeat.

beat. Illis tantummodo perſonis & cauſis, quę paſſim in ordinatione reperiuntur, exceptis, vt & ordinatio aliqua in parte indicat, *fol.115.fa.2*. Hoc diſputatum in cauſa Hildeßheim contra Braunſchweig.

Licet itaque Camera habeat ordinariam iuriſdictionem, non poteſt tamen nec ſolet integras cauſas delegare, ſed tantummodo committ examen teſtium, & eo in caſu, quod alias per iuris ſubſidium cōpleretur receptio teſtium transſumptio inſtrumentorū, aliorumque priuilegiorum, vti factum in priuilegiis Epiſcopi Leodienſis. Tranſſumptio enim eorundem Officiali Colonienſi & Conſulibus commiſſa. Subditi, ſi infra menſem iudicium eis non aperiatur, vel hoc eis à ſuperioribus expreſſe denegetur, iam per citationem aduerſarios in Camera in ius trahere poſſunt, *fol.82.148.& fol.115*. Si autem calumnioſe protrahatur iudicium, iam hic mandatum cum clauſula impetrare poſſunt, vt infra latius dicetur.

Ad

Ad princip. §. 1.

Hi qui mediate ſubiecti ſunt imperio, non debent conueniri in Camera, in prima inſtantia regulariter: Fallit tamen hoc, quando vnius cauſæ plures ſunt rei, quorum eſt vna ratio & defenſio, & qui vna actione conueniuntur: & tunc ne cauſæ continentia diuidatur, iudex ſuperior omnium erit competens iudex. Baldus *in authenti. hoc ita. C. de duobus reis. per textum in l. omnes tutores. C. arbit. tutel.* Ita iudicatum in cauſa Hanauw / contra Beyer Jacoben & conſortes, Anno 1548. in Nouembri. De triplici autem continentia cauſarum vide Bart. & Iaſonem *in l. multi. C. de iudic. & in tit. ff. ex quibus cauſis. ad eund. iud. ea.* Aretinus *in conſil. 29. column. penul.* Bald. *in l. cum Papin. C. de ſent. & interloc. omn. iud.*

An das Cammergericht ohne Mittel.

Vt ſunt cauſæ fractæ pacis *infr. titul. 9. fol.*

fol.95. Item omnes cauſæ fiſcales, *infr.tit. 20.fol.106.fa.2.*

Ad §. Es ſol auch. *ibi*, Es were denn ſach.

Idem forte eſt, ſi quis renunciaſſet priuilegio fori, *iuxta l.pen.C.de pact.* Ad hoc tamen non ſufficeret generalis renunciatio, ſecundum clauſulam (Vor allen Gerichten fürnemmen.) Quia de competentibus intelligi debet. Ita obſeruatũ in cauſa Chriſtoph. von Embſingen contra Daniel Jüden. Nota tamen, ſi in priuata miſſiua extra iudicium quis promiſiſſet, ꝙ in Camera immediate conueniri deberet, poteſt poſtea pœnitere, & ad competentem iudicem prouocare. Ita vidi decerni & obſeruari in Camera.

Ad eundem §. *ibi*, Zu recht nicht verholffen/oder ꝛc.

Idem vult Ang. *in* §. *ſi non recti. Auth. vt Clerici apud prop. Epiſco. primum conueniantur.*

AD TIT. II.

Wie vnnd vor welchen Richtern/ Churfürſten/ Fürſten/ vnnd Fürſtmeſſigen einander zu Recht fördern ſollen.

Tractat de iis, qui immediate Imperio ſubiiciuntur.

ELectores & Principes vbi & qualiter ſe conuenire debeant in prima inſtantia.

Actor iudicium petens mittet reo libellū, reus intra menſem quatuor Principes nominabit, partim Eccleſiaſticos partim prophanos, non ex vna domo natos. Ex his actor vnum eligit, qui dicetur commiſſarius Cæſaris. Commiſſarius hic intra menſem ad ſuam aulam partes citabit, & negotium finiet, ſalua appellatione. Si reus intra prædictum tempus hoc non fecerit, iam Actor citationem hic impetrare poteſt, *folio 83.* Sed quæſtionis eſt, an etiam Principes

hi

hi ſuo priuilegio hoc in prima inſtantia renunciare poſſint? Reſpondeo, poſſe, & tacite & expreſſe. Quilibet enim iuri pro ſe introducto, &c. *l. penul. C. de pactis.* tum facile quęlibet res ad ſuam primæuam naturam reuertitur, probatur hoc *in l. 2. C. ſi contra ius, &c. l. 2. C. ſi ad iud.* Vnde non poteſt dici, non valere ſententiam, quaſi non à ſuo iudice latam. *l. fin. C. ſi à non,* &c. Nam vt dictum partium conſenſu prorogari videtur iuriſdictio, *l. 1. ff. de iud.* Nam priuatorum conſenſus facit iudicem eum, qui iuriſdictioni præeſt. *l. priuatorum. ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Idque ſæpius vidi fieri. Vidi quoq; quod Principes cauſam ad Cameram remiſerint, expreſſe ita in hoc iudicium conſentientes, vt quicquid in hac pronunciatum fuerit, id ipſos gratum & ratum habituros: huiuſcemodique compromiſſa, ſaluo tamen condigno ſalario quotidie acceptantur, relatione, pronunciationeque habita ex æquo pecunia ſiue ſalarium inter omnes Aſſeſſores diuiditur. Sic

factum in cauſa Fulda contra VVurtemberg. Et dehuiuſmodi compromiſſis expreſſe loquitur ordinatio, *fol.40. fac.1.*

Ad §.2. Als Keyſſ. *Commiſſarius.*

Defuncto tali approbato commiſſario, ſiue ante ſiue poſt litis conteſtationem vniuerſi proceſſus deuolui debēt in principem Electorem ſucceſſorem, niſi obſtarent legitima ſuſpicionis grauamina.

TIT. III.

TRactat quomodo Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, & nobiles immediate Imperio ſubiectos conuenire debeant.

TIT.

TIT. LIII.

Wie vnd vor welchem Richter die Prælaten / Freyhen / Herrn / die vom Adel/ vnnd die Stätte/ die Churfürſten/ Fürſten vnnd Fürſtenmeſſige/ zu Recht fordern ſollen.

QVo pacto Prælati & Comites, Nobiles, ciues & ruſtici, Electores & Principes conuenire debeant, *fol. 84. fac.2.*

Et hi habent vias ſed difficiles. Primo itaque actor reo cauſam litis indicare,& deſuper ius petere debet: Reus intra menſem ſuis expenſis, & dato ſaluo conducto coram Conſiliariis actorem in ius vocari faciet, iiſq; iuramentum remittet. Seniori autem iuramentum præſtabunt, omnem adhibentes diligentiam, vt intra ſemiannum vel ad ſummum intra annum cauſam abſoluant,ſique hoc non fiat, tum ad Cameram cauſa deuoluatur.

Secunda, Actorem, vel quinque ex iis eligere poſſe. Et hæc paulo mitius eſt prima.

Tertia, Reum tres Principes nominare, & ex iis Actorem vnum eligere poſſe. Hæc tolerabilis eſt, ſi reus velit hanc eligere.

Quarta, Actorem apud Cæſarem vel Regem commiſſarium ſaltem prælatum vel Comitem petere poſſe. Hæc ex omnibus mihi magis placet. Reliquas vias vide in Ordinat. *fol.85.*

Ego cum in Comitiis Auguſtanis Anno 48. eſſem, omnes Prælati & Comites primæ inſtantię volebant renunciare, idque in fauorem iuſtitiæ. Sed Principes præſertim ſeculares hoc facere nolebant, Eccleſiaſtici quoq; Electores, cum Pręlatis volebant conſentire, Si alii quoq; Principes ipſis ſubſcripſiſſent.

Hoc tamē non poſſum nō adiicere q. ex quodam viro docto, & qui diu Aſſeſſor Cameræ ante me fuit, audiui, ſe non vidiſſę nec audiuiſſe vnquam vllam

cau-

cauſam, excepta vna, prædictis viis determinata, & ad Cameram deuolutam eſſe.

Sed quæro, an Electores & cæteri Principes huic eorum priuilegio renunciare poſſint? Reſpondeo, poſſe, vt & ſupra annotatum eſt. Imo ego vidi, vbi non ſolum Elector primæ inſtantiæ, ſed omni iudiciali proceſſui renunciauit, concedens vt ſi infra tempus non iuxta fidem datam exolueret, quod iam in iudicio Cameræ non ſolum conueniri, ſed executoriales extemplo contra eum decerni deberent, ac ſi ibi condemnatus eſſet. Etſi hoc caſu non executoriales, ſed mandatum executiuum cum clauſula decretum. Hoc, inquam, factum in cauſa Herbrot contra Ioachimum Marchionē Brandenburgenſem Electorē. Item in cauſa Abbatis in Derthauß contra Sachſen/ tacite prorogatio facta, quare Sachſen ſtatim litem conteſtari paſſus eſt, multa exceptione obiecta. Et Palatinus

Elector, cum ſe pro dote conſanguineæ ſuæ, quæ Egmondenſi nupta ita ſe obligauit, quod ſi ipſi hanc non exſolueret, quod iam ſententia noſtra condemnatus eſſe velit, ſane hæc obligatio & condemnatio admiſſa eſt. Partes enim poſſunt conſentire, vt iudex ferat certam ſententiam, & ſic poteſt ex ea agi, tanquam ex re iudicata. Bart. *in l. ſi conuenerit. ff. de re iudicat.* Hæc admiſſa, & decretum inſuper interpoſitum, & D. Neſer dixit, non facile hos contractus decretis confirmari ſolere. Vide Innocent. *in cap. ſecundo. de conſi. vt.* Quid autem de donationibus? Reſpondeo: hoc factum, ſi partes ambæ immediate ſub Imperio ſint.

Ad. §. 2. in fin. Mit dem Kay. Cammergericht.

Vide Felinum *in capitul. paſtoralis. 4. colum. verſicul. Imper. extr. de offic. ordin. & ſic viam ordinariæ denegatæ iuſtitiæ.*

Ad

Ad §. Zum dritten / daß der Churfürſt.

Quod tales commiſſarii ſint delegati, & poſſint recuſari, eſt ſententiatum in Camera, in cauſa Baden contra Fleckenſtein. Et opinio legiſtarum in materia recuſationis obſeruata, 26. Maii, anno 36.

Ad §. fin. Vnd ſollen ſolche.

Secus gegen den Graffen / Prælaten / vnnd Edlen / quia illi immediate in Camera conueniri poſſunt in prima inſtantia, quod ſæpe vidi obſeruari.

AD TIT. V.

Wie vnnd vor welchem Richter die Prælaten / Graffen / Freyhen / vnnd die vom Adel dem Reich ohne Mittel vnd ſonſt keiner andern Gerichtbarkeit vnterworffen / einander zu Recht fordern ſollen.

Actor hoc caſu primo requirere debet reum pro iuſtitia. Neq; hic

opus eſt, vt in primo caſu libellum trãſmittere, ſed ſufficit factum narrare in ſcripto, quod reo mittitur. Ita deciſum in cauſa Preun contra Mechelnburg. Iam rei eſt, tres Electores & Principes non ſuſpectos nominare. Deniq; ex his iam actor eligit vnũ, vel cõmiſſariũ ab Imperat. vel Cæſare impetrabit, hicque iuxta Ordinationẽ cauſam ſua ſententia ad minus intra annum determinabit. Sed quęro, an etiam Capitula maiorum Eccleſiarum, in quibus plerunque Duces & Comites ſunt, pro huiuſmodi Prælatis habendi ſint? Reſp. quod non: Thumbcapitel zu Meintz contra Stolberg/ & in cauſa Cöln contra Zehenden zu Meelbach. Quid ergo ſi reus vnum tantummodo principem nominet, & actor nolit in eum conſentire, ſed denuo requirat, vt iuxta Ordinat. alios quoq; nominet, idq; intra menſis ſpacium nõ faciat, anne hic cauſa acceptanda? Reſp. acceptandam eſſe & citationem decernendam. Ita factum in cauſa viduæ de Virnenberg contra Manderſchiedt. Sed

rurſus

rurſus quæro, an comites primæ inſtantiæ renunciare poſſint? Reſp. hoc non ſolum poſſe comites, ſed omnes, qui ita à Cæſare priuilegiati ſunt, vt in prima inſtantia hic conueniri poſſint. Idq; ex facto accidit in cauſa Heldt cõtra Schecr. Et multi Duces eorum priuilegio & tacite & expreſſe renunciare ſolent. Quid ergo, ſi Comes vel alius Nobilis, qui immediate non eſt ſub Imperio, vel Camera, cauſam contra vnum Comitem & Ducem, item contra duos Duces & Principes habeat: iam iſte hi iuxta Ordinationem gaudebunt iſto priuilegio, vt in prima inſtantia in iudicio Cameræ conueniri non poſſint? Reſpondeo, quod non, ſed vtique hic proceſſus præſertim mandatum relaxationis cum clauſula impetrare poſſunt, ne ſc. cõtinentiæ cauſarũ diuidantur: Sic Neſer fecit in cauſa Repelmonnt contra Archiepiſcopum Electorem Colonienſem: Item in cauſa Seelbach contra Gülch & Münſter.

Sic quoque mandatum de relaxan-

do ſubditus contra ſuum Principem impetrare poteſt, ſi conqueratur, ſe iniuſte in Codicillis detineri. Ita factum in cauſa Der contra Münſter. Eodē pacto quando ſubditi dominuſq; contra alterius Principis vel domini ſubditos & ipſum Principem & dominum proceſſus hic petunt, hi inquam vtiq; etiam in prima inſtantia decernuntur. Nam vbi incertus eſt iudex, hic ſemper ad ordinarium recurri debet. Abb. *in ca. caterum. de iudic.* Sed hic incidit quæſtio, quæ nullo pacto eſt prætermittēda: Vbi nam ſacerdotes, ciues & ruſtici, qui non ſunt immediate ſub Cæſare & Camera, Comites & Prælatos, qui ſunt ſub Imperio immediate, conuenire debeant in prima inſtantia. Hic articulus in Ordinatione prætermiſſus eſſe videtur. Igitur etiam in pleno Concilio Neſero referente placuit, multis tamē reclamantib. quod in prima inſtātia in iudicio Cameræ conueniri poſſint, & ita factum in cauſa Huſen contra Comitem de Heno.

Sed

Sed finge ex prædictis, actorem eſſe vaſallum Comitis, quæro itaque, an ſine impetratione veniæ eum in ius vocare poſſit? Reſpondeo, eum ex neceſſitate non eſſe obligatum, etiam in famoſa cauſa veniam impetrare, vt deciſum in cauſa Grußlach / contra Comitem de Hanaw. Ex ciuitate tamen ſæpius in ſenatu venia impetratur. Inſuper rurſus quæro, vbi Ciuitates Imperii ſe inuicem, item vbi Principes, Prælati, Comites, Nobiles, ciues & ruſtici ciuitatem Imperii conuenire debeant? Reſpondeo, & hunc articulum prætermiſſum. Ego tamen putarem, quod in prima inſtantia in iudicio Cameræ conueniri poſſint & debeant. Et ita ſæpius factitatum. Nonnulli tamen ex ciuitatibus habent iudices ſuos priuilegiatos.

Ad ipſam Rubricam.

Circa hanc rubricam diſputatum fuit in pleno conſilio, & dubitatum, quo-

quomodo ea ſit intelligenda de Nobili, qui non ſubeſt immediate Imperio, ſed alicui principi, & vult conuenire alium Nobilem, immediate ſubiectum Imperio, An poſſit in prima inſtantia ad Cameram trahi, an conueniendus habeat etiam priuilegium primæ inſtantiæ vigore huius tituli.

Et poſt multa tandem maioribus votis deciſum, quod in Camera poſſit conueniri, nec habeat priuilegium primæ inſtantiæ, Der Außtrege / Quia ſecundum rubricam hanc vterque, & Actor & Reus, debent immediate ſubiecti eſſe Imperio, Daß das priuilegium der Außtrege ſtadt habe. Et licet nigrum dubie loquatur, tamen eſt interpretandum ſecundum rubricam, ex qua declarationem recipit, & in dubio concordandum eſt nigrum cum rubro, ne fiat contrarietas. Actum 17. Martii, Anno 51. & ita ſunt decreti proceſſus in cauſa Hans Wittib / contra Teckelnburg.

Ad

Ad verbum Prelaten.

Nota, quod Prælati ratione temporalium dominiorum, ſunt aliquando Duces, & Principes & Comites, vt in Germania, & ſubſunt ſuperioribus ratione talium dominiorum, ſicut laici. Ita Paulus Caſtr. *in l. ſi quando. C. de appel.* quo loco docet, quod ſi Rex cognoſcit, vt Dux, vel vt Comes appellatur ad ſuperiorem Ducatus vel Comitatus, non autem ad ſuperiorem Regalis dignitatis. Etſi appellatur ab Epiſcopo tanquam Comite, non appellatur ad Papā, ſed ad ſuperiorem Ducatus vel Comitatus. Et hoc tenent Canoniſtæ, vt habetur *in capit. Roma. § debet. de appellat. in 6.* & ibi omnino vide Philippum Francum.

Verbum Prelaten debet hic intelligi de his, qui habent feuda ab Imperio, & regalia, & eorum ratione ſubſunt Imperio, & non de aliis Prælatis Eccleſiaſticis. Hi enim ſunt inſtar tutorum. *gl. in cap. auditus. de reſtit. in integr.* Panorm. *ibidem text. in § fina. in auth. de Eccleſiaſt.*

Licet

Licet pinguius ius in rebus Eccleſiarum, quam tutor in bonis pupilli habeant, cum tutela onus ſit, *gloſſ. in capit. final. 5. quæſtion. 3.* Panormitan. *in capit. ex præſentium. in fin. de pignor.*

Sed ſicut tutores cenſentur iure pupilli, & ſequuntur forum eius, & non iure proprio, ſecundum Paulum Caſtrenſ. *in l. ſi plures. ff. de pactis.* quia agunt & conueniuntur non ſuo, ſed pupillorum nomine, *l. prima. §. ſufficit.* & ibi Bartolus *ff. de adminiſtratione tutor.* Ita etiam Prælati, *cap. cum deputati.* & ibi Panorm. *de iud.* Idem *in cap. literas. de reſtit. ſpol.* Sicut enim poſt condemnationem executio fit in bonis pupillaribus, ita etiam in Eccleſiaſticis, Ergo prælati Eccleſiarum cenſendi ſunt, dum agunt, vel conueniuntur, non vt Nobiles. Ita iudicatum eſt in cauſa Goßler contra Lenharden zu Mehlbach. Vbi Decanus & Capitulum maioris Eccleſiæ Spirenſis non fuerunt pro Nobilibus Imperii habiti.

Nec obſtat quod in cauſa illa conſortes

iores (vt canonici S. Guidonis non fuerint nobiles quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. *Bart. in l. fin. Cod. de collat.*

Ad verbum Adel.

Nota quod nobiles non immediate ſubiecti imperio, ſed principi inferiori, non vtuntur his viis, ſed iure vulgaris & popularis ſubditi: Licet quibuſdã aliter viſum ſit, qui putabant nihil differre inter Nobiles mediate vel immediate Imperio ſubditos, cum ſunt actores, & ſolum hic reſpiciendam eſſe qualitatem rei: Verior tamen eſt intellectus & concluſio eorum, qui putant quod nigrum declarandum ſit ſecundum rubrum, & ſic requiri, vt vtraque partium immediate ſubdita ſit imperio. Et hoc ideo quia iſti ſpeciales außträge ſunt ſtrictiſſimi iuris & interpretationis. Et ideo nihil vltra expreſſum comprehendunt, imo preciſe in ſuo caſu & qualitate conſiderandi & obſer-

uandi ſunt. Præterea caſus nõ plane expreſſus, permittendus eſt diſpoſitioni iuris communis, vel Ordinationis, cuius iuriſdictio eſt fauorabilis, & quod nobilis, qui ſubditus eſt Comiti vel prælato, in ciuilib. etiam poteſt eum conuenire in Camera vigore generalis tituli, qui eſt *infr. tit. 27.* Ita decreta ſunt mandata de reſtituendo cum annexa clauſula de non offendendo Dominæ Margaritæ de Werden contra Comitem de Lipp *6. Iunii. anno. 50.* ſecus eſt in ſubditis principum *vt ſupr. art. fin. tit. 4. & 1. tit. 6. art. fin.*

Ad verbum, Dem Reich on Mittel vnterworffen.

Quod autem de Nobili qui non ſubeſt imperio immediate, & vult conuenire alium nobilem qui ſubeſt Rubricæ iſtius tituli videtur requirere vtrumq; ſubeſſe debere imperio immediate. Nigrum ſecus in illis verbis: Das der oder die &c. Et ſic, quaſi ſufficiat reum ſubeſſe. Quod idem voluit antiqua Ordinatio

tio VVormatienſis, *de anno 21.* Et ſic rubrica iſta noſtra eſt noua cuius auctores (vt Viſch retulit) ad hoc non attenderunt. Et Camera alias ex perſona rei metitur iuriſdictionem. Et loquitur articulus hic in ſingulari, quando vnus vnum, non quando plures vnum vel econtra vnus plures. Vnde ſequentia verba: Der oder die &c. non videntur aliter quam ita interpretanda: cum conuentus ſolum, aut cum ambo imperio ſubſunt, pro hoc etiam facit ratio æquitatis ſeruandæ duarum inſtantiarum inter Nobiles, & fauor Nobilitatis, qui principaliter videtur fuiſſe in conſideratione. Cum priuilegia ſint extendenda, ne imperio vel eius iuriſdictioni quicquam decedat, ceſſantibus ſportulis, & ſalua appellatione. Et ita aliquando denegati ſunt proceſſus Erharden Treibach contra Bernharden de Denſ-dorff *Anno 42. 22. Octob.* Et in hac opinione fuerunt multi ex Dominis: Tamē maiorib. votis in pleno conſilio cōmuniter cōtrariū deciſum eſt, *17. Mart.*

Anno 51. Et hoc per generalem regulam ſupra allegati, *tit. 27. lib. eo.* Nam iſtæ exceptiones ſunt odioſæ, & actoribus onoroſæ, quod tardius iuſtitiam conſequantur, licet reis poſſint eſſe fauorabiliores, tanquam fugientibus: & ideo reſtringendæ & fauor iuriſdictionis Imperii ampliandus. Alias fauor Reorum redundaret in odium actorum, non minus nobilium quam eorum, qui immediate ſubiecti ſunt Imperio, & ideo æquitatem ſeruandam in eo, vt quilibet coram ſuo ordinario & originario tribunali conueniatur: Excellētiam præterea iudicii Cameræ Imperialis ſeu tribunalis compenſare defectum primæ inſtantiæ; rem facile redire ad priſtinam naturam, cum iſtę nobilium exemptiones ſint nouæ & demum Anno 1521. VVormatiæ introductæ: iuſtitiam item promouendam. Cuius rei cauſa principes etiam remiſerunt aliquid de iure ſuo exemptionum, *vt ſupra tit. 4. art. 3. lib. 2.*

Et quod alias ſequetur, quod nobiles

biles rei peioris forent conditionis erga ciues ruſticos quam erga nobiles imperio nõ ſubiectos actores, item etiam, ꝗ peioris eſſent cõditionis, quam ciues & ruſtici, licet poſſet forte diuerſa ratio eſſe nobilium litigantium coram iudicibus priuilegiatis contra alios Nobiles, quam ciuium & ruſticorum. Et ita deinceps ſeruandum.

Ad §. 1. ibi Drey Churfürſten.

Dubitatum fuit, ſi prælatus vel comes requiſitus fuerit vt iuxta Außträge ipſe denominet tres principes, ex quibus actor habeat eligere iudicem, & talis requiſitus tantum vnum actori pro iudice deſignaret, quem non acceptet actor, & exinde labatur terminus vnius menſis, nec alios nominauerit; an tali actori ſupplicanti in Camera debeat iuſtitia adminiſtrari & decernendi ſint proceſſus, Et crebrius placuit huiuſmodi requirentem non teneri ad vlte-

riorem requiſitionem effluxo menſe, ſatiſq; eſſe eum ſemel requiſiuiſſe, &c. argumento Ordinationis, *ſupr. hac parte tit. 1. §. fi.* Et ſuffragari poſſunt iura, quia hæc conſtitutio præſcribit formam in ſua Ordinatione, quæ præciſe debeat obſeruari ex vtraque parte ſicut ipſa iniungit. Vnde qui initio ſemel vitioſe & imperfecte facit, non videtur paruiſſe. Itaque in cauſa Comitiſſæ à Würtemberg decreti ſunt pceſſus contra Manßfeldt *2. Decemb. anno 49.*

In ſuperiori Ordinatione, Anno 48. non eſt cautum, vt Comites in prima inſtantia coram iudicio Cameræ conueniri debeant. Quæritur autẽ vtrum ſuper mandato à Camera emanato in prima inſtantia ad conteſtãdam litem cogi poſſint? Et deciſum eſt teneri eos litem conteſtari, quia id antiqua Ordinatione conſtitutum erat, & cum hoc in noua Ordinatione de anno 48. non ſit correctum, tantum merito antiquæ vbi dicitur Comites in prima inſtantia, hic in Camera conueniri poſſe. Ita in

cauſa

cauſa Comitis à Tecklnburgk contra ſpolium deß Kloſters Oſterberg / Anno 49. Comes exceperat de noua Ordinatione, & quia Cæſar in receſſu Auguſtano eodem anno reſeruauerat ſibi cauſas religionis & ſpolii dando deſuper commiſſarios, ſed eo non obſtante deciſum eſt, vt ſupra.

Vltimo notandum, quod principes banniti vel priuati ſuis regalibus (ita vidi obſeruari, contra Epiſcopum Bremenſem, qui priuatus dignitate Epiſcopatus ſui, ideo immediate hic in Camera conueniebatur) nō habeant beneficium huius conſtitutionis, nec poſſunt ordinare iudices Et ideo in tali caſu ob defectum ſtatim ad Cameram recurritur. Secus autem eſt de ipſorum præfectis & iudicibus perpetuis vel ordinariis, quia illi non inhabitantur per declarationem Principis.

AD TIT. VI.

Wie es mit Verlegung der Nidergeſetzten Räht Vergelytung der Partheyen Appellation vnd andern gehalten werden ſolle.

Appellatio debet ſemper eſſe ſalua omnibus, *infra eod. tit. 28. & ſupr. eo. tit. 4.* & ſi appellatur, nihil noui producendum *infr. eo. tit. 8. §. 10.*

Ad §. Es ſollen auch Churfürſten.

Principes conuenti iudicium apud ſuos conſiliarios procurent, expenſas ſubminiſtrẽt, & actoribus ſecuritatem dent. *ſupr. eo. tit. 4. art. 2.*

Ad §. fin. in fine.

Nota quod hæc ordinatio non eximit ſubditos Ducis Saxoniæ quod coram

coram ſuo principe conueniantur, nec gaudent his priuilegiis vigore antiquæ Ordinationis.

AD TIT. VII.

Wie vmb Fürſtenthumb vnnd Graffſchafften in Recht gehandlet ſoll werden.

IMperatorem ſiue Cæſarem iudicem eſſe in cauſis Ducatuũ & Comitatuum. De hoc articulo Marchio Brandeburgicus conquæſtus eſt in publico ſuo ſcripto, cauſa tamen die Graffſafft Katzenelnbogen belangend, Graffen zu Naſſaw, contra Landtgraffen zu Heſſen &c. non in Camera ſed in curia Imperatoris deciſa eſt. Idem in cauſa Ferdinandi Regis contra Würtemberg.

Vbi tractatur de maxima cauſa vt de Ducatu, &c. ibi nullus eſt competens iudex niſi imperator *argum. l. non diſtinguemus 32. §. de liberali, ff. de recept. arbit.*

quia, inquit Paulus, fauor libertatis eſt, vt maiores habere debeat.

AD TIT. VIII.

Wie vnd vor welchem Richter entſetzung halb die nicht Landsbrüchig gehandlet ſol werden.

In quo iudicio ſpolia ſimplicia tractanda, fol. 90.

PRimo ſi princeps principem prælatum Comitem clericum vel etiam ruſticum principi vel alteri ſubiectum etiam in quacunq; re ſpoliet. Iam ſi ambo principes ſunt, ſo haben ſie jhre Außträg *fol. 83.* Si vero princeps Comitem clericum vel etiam ruſticū ſpoliet iam actor ex dictis octo viis vnam eligere poteſt, Eaque electa, reoque clare indicata, iam reus intra quatuor vel ſex ſeptimanas compulſis etiam procuratoribus, ſi actor alios habere non poſſit, poſt

poſt requiſitionem iuxta viam petitam (ſi modo actor commiſſarium non impetrauerit, hic enim intra menſem citationem decernere debet) iudices ita ordinare debet vt intra prædictum tempus citationem decernant, ſummarie procedant & intra annum negotium ſuum abſoluant, ſiq; ab ea non appellatur ſententia hic exequi poteſt. Si aūt quis appellare velit, hoc facere poteſt, & intra tertium menſem a die interpoſitæ appellationis proceſſus iudicialiter reproducere debet, & hoc caſu Camera ex iiſdem actis hic pronunciabit. Si reus & Commiſſarius prædicta intra allegatum tempus facere prætermittant, Iam cauſa ad Cameram ipſo iure erit reuoluta, Ita quod actor hic ſtatim citationem impetrare poſſit *tit. ordinatio fol. 153.*

15 Si vero ipſi iudices intra annum negotium non abſoluerint iam quo que, ipſo iure cauſa huc deuoluta eſſe debet. Quæ in eo ſtatu in

quo

quo derelicta hic reaſſumi debet. Et quanquam hoc expreſſe habet ordinatio *fol.153.fa.1.* tamen cum Anno 51. Georgius Colonienſis contra Duces Saxoniæ ſupplicaſſet, quod ſcilicet deputati iudices iuxta Ordinationem cauſam intra annum non abſoluiſſent, & quanquam ego huic ſuccurrendum putabam (dicens hoc caſu narratis credendum) tamen D. Themar tutius putabat opus fore documento requiſitionis. Igitur eius petitio reiecta. Ex officio tamen decreuerunt ei compulſoriales.

Quid igitur ſi Prælatus vel Nobilis Principem Imperii vel alium Prelatum Comitem vel Nobilem immediate ſub imperio ſpoliauerit, anne in prima inſtantia hic conueniendi? Reſpondeo nequaquam. Sed hæc lis iuxta placita quæ habent decidi debet. *fol.93.fa.2.*

Quid ergo ſi Prelatus vel Comes vel Nobilis imperii ſimplicem Nobilẽ clericum vel ruſticum addo ciuem, ſpoliauerit, quomodo huic ſuccurrendum?

Re-

Reſpondeo in Ordinatione hoc prætermiſſum, tamen vt & ſupra annotauimus, putarem, hos recte in prima inſtantia hic cõueniri, uti etiam factum in cauſæ viduæ Horm contra Comitem de Teckelburg. Sed quid dicendum, ſi ſimplex Nobilis & forte ſubditus Principis principem vel ſubditum ſuum ſpoliet, coram quo iudice tunc conuenietur? Reſpondeo coram Officiali principis.

Hoc tamen caſu putarem, quod ad hunc caſum iuramentum relaxandum Forte tamen hoc caſu etiam princeps & officialis non poſſent eſſe iudices, & coram Camera conueniri poterit, *vt infr. dicetur.*

Ad principium tit. VIII.

Huc pertinent tit. Digeſtorum, de vi priuata, de interdicto vnde vi, & de reſtitutione ſpoliatorum.

Ibi Welche dem Keyſ. Landtfrieden.

Quan-

Quando delictum in omittendo vel in non faciendo dicatur eſſe perfectum vide Bal. *in l. 1. C. de his quibus vt indig. Bal. & Caſt. in l. 1. col. 15. C. qui accuſ. non poſſint, Roma. in leg. in cognitione, C. ad S. C. Syllan. Imola in c. extirpando extra de præbendis.*

§. Würde aber. *ibi.* Auch dem ſo der Kläger/ *&* §. wa ſich aber begebe.

Nota quod dato Imperatorio commiſſario ſi ille à principio nolit vel differat procedere, contra eundem peti poſſunt promotoriales vel etiam mandatum cum Clauſula, vt teneatur procedere, quia contra hoſce iudices aut commiſſarios, qui vigore Ordinationis pro prima inſtantia dantur etiam habet locum conſtitutio de denegata ſeu protracta iuſtitia, tametſi forte ſecus ſit in Commiſſariis, qui per meram delegationem, per Imperatorem dati eſſent: Quia Camera contra eoſdem, non

non facile emitteret proceſſus promotorialium aut mandata, ſed ad committentem remitteret.

Aliqui tamen Domini putarunt etiam in Commiſſariis iuxta Ordinationem non eſſe decernendas promotoriales, ſed ſi requiſiti nollent procedere, ex tunc iuriſdictionem ad Cameram deuolui, iuxta conſtitutionem denegatæ vel dilatæ iuſtitiæ: Tamen ſunt eiuſmodi promotoriales decretæ contra Gülich / in cauſa Senatus Colonienſis contra Archiepiſcopum Colonienſem.

Ibi In Jarsfriſt zu erledigen.

Hic additus eſt menſis & annus actore obtinente & reo non appellante ſi inſtitutio ſuo tempore facta non ſit Camera ad requiſitionem actoris ſententiam exequitur, perinde ac ſi ab ea lata eſſet.

Schle-

Schlechten vnnd Gemeinen.

Ergo cauſæ fractæ pacis ſub hac conſtitutione non comprehenduntur, & ſic ad Cameram pertinent.

§. Gleicherweiß / *Ibi* So ſol nach Außgang deß Jars.

Nota tamen quod non creditur narratis partis vel ſupplicantis etſi ſpecificet & alleratde tempore, quo introducta eſt cauſa, ſed opus eſt documento aliquo, propter verbum: Kuntlicht. *infra de protracta & denegata iuſtitia*. Atque ita ſupplicanti Kolmetſch contra Sachſen decretum: Daß ob er wolle promotoriales inne erkendt werden ſollen / determinatum vt documentum denegatæ vel dilatæ iuſtitiæ exhibeat.

Ad §. pen. ibi Wa ſich.

Hic tractatur de ſpoliis commiſſis inter

inter partes non immediate imperio ſubiectas.

Ad §. fin. ibi. Wo vor dieſer Zeit jemandts.

Iſte articulus pluribus verbis extat in conſtitutione de pace publica *fol. 9.* Neque habet locum in Eccleſiaſticis ſpoliis, propter Receſſum Auguſtanum vnde denegantur proceſſus in Camera & ſpoliati ad imperatorem remittuntur.

AD TIT. IX.

Daß von wegen der vberfahrung deß Keyſerlichen Landtfriedens/am Cammergericht geklagt möge werden:

Quomodo ratione fractionis publicæ pacis in iudicio Cameræ agi poſſit. fol. 5.

PRimo ſciendum, quod omnes principes ac Domini vna cum cæteris omnibus hominibus, qui vel ex conſuetudine vel priuilegio vel quo tandem iure in iudicio Cameræ in prima inſtantia conueniri non poſſunt, tamen ſi frangant publicam pacem, iam vtique ibi conueniri poſſe, *in Ordinatio. partim habetur fol. centeſimo quinquageſimo quarto fa.2.*

Hinc licet Principes Electores Saxo & Marchio Brandenburgenſis non patiantur, etiam in cauſa appellationis, cauſas huc deuolui: quod tamen non ſolum eorum ſubditi, ſed etiam ipſi ob fractam publicam pacem hic conueniri poſſint: Eodem pacto. Dux Lotharingiæ ex priuilegio Imperatoris ex iuriſdictione Cameræ exceptus eſt: hoc tamen in fractione publicæ pacis locum non habet: Idem quoq; dicunt de domo Auſtriaca.

Secundo ſciendum, non ſolum Cameram, ſed etiam ipſum Imperatorem & eo abſente regem imo etiam quem-

quemlibet Ordinarium Iudicem huius nefandi criminis iudicem eſſe poſſe. Ordinarius tamen non bannire, ſed pœnas tantummodo in iure & Ordinatione expreſſas infligere poteſt. Hoc tamen fallit in iis iudicibus, qui à Cæſare habent ius banniendi; vt ſunt Rotuilenſes, & Iudices vetiti Iudicii apud VVeſtphalos. Hi etenim ob fractam etiam publicam pacem aliquando bannire iuxta Ordinationem poſſunt. Et hoc iure & in aliis cauſis vtuntur.

Tertio ſciendum, quod in iure, *in Pand. & C. ad l. Iul. de vi publ.* & aliis conſtitutionibus variæ, & quidem acerbiſſimæ pœnæ, contra fractores publicæ pacis promulgatę ſunt; In noſtra autem Ordinatione in illo tractatu, qui de pace publica inſcriptus eſt, duas pœnas inuenio: vnam pœnam pecuniariam: aliam corporalem, *fol. 95.* Pœna pecuniaria eſt zwey Tauſendt feines Goldes & perditio priuilegiorum, quæ ab Imperatore conceſſa ſunt. Im Landtfrieden/*fol. 3.*

Secunda Bannũ, per quod q[illegible] bona

& corpus perdit, *in ordinatione, folio 95.* Et quanquam Ordinatio habet, quod quis ipſo facto in dictas pœnas cadit, tamen hoc ciuiliter intelligendum, vt ſcilicet actor in Camera per ſupplicationem factum enarret & deſuper citationem petat: Citato itaque reo & probato facto, ſi hoc à reo negatur, iam tandem, ſi ſceleſtum factum ſit & manifeſte probatum, hoc pacto reus bannitur.

Quid ergo ſi contumax ſit reus *ord. fol. 163. fa. 2.* Modus publicandi bannum eſt vt Protonotarius ex libro Sententiarum ordine omnia enarret, & quod ideo cum iſta probata ſint iuxta Ordinationem in bannum Imperii declaratus ſit.

Vbi vero hæc ſententia per Protonotarium in auditorio lecta, iam extemplo ſurgit iudex vna cum omnibus Aſſeſſoribus, in foroq; ſub Dio ex ſcripto rurſus legit illius facinora denuncians tamen bannitum, committens vnicuique, vt liberum ſit, & bona & corpus

corpus banniti comprehendere, hisque lectis lacerat chartam, eamque in terram proiicit, quæ tunca famulo fiſcalis colligi ſolet.

Deinde literæ banni paſſim affiguntur, Idem in literis priuationis, executionis, vt infra dicetur. Ex his primum colligis, quod licet hæc ſit criminalis accuſatio, proceſſum tamen ciuilem eſſe, cum paſſim per procuratores & alioqui iuxta Ordinationem peragitur ſine ſcriptis, & pœna talionis, & in expenſis bannitus condemnatus.

Supra dictum eſt publicæ pacis fractorem variis pœnis in iure & Ordinatione puniri.

Quæro igitur, An hic Actor vnam pœnam eligere vel omnes coniungere, vel vt dicimus cumulare poſſit? Reſpondeo hoc in ſuo arbitrio eſſe, quod vnam eligere vel omnes cumulare poteſt, vt expreſſe habet Ordinatio *fol.* 755. Imo ſi vi publica, aliquis etiam Eccleſiaſticus ſuis rebus ſpoliatus fuerit, Iam, etiam vna cum illis pœnis, vel ſe-

 para-

paratim tantummodo reſtitutionem petere poteſt, vt in eo loco tradit Ordinatio.

Sciendum tamẽ eſt, quod hoc mandatum reſtitutionis ita citationi iungitur, vt non detur niſi cum clauſula iuſtificatoria. Sed quæro, ſi quis tantummodo petat citationem vff den Landtſfrieden an etiam in cauſa illa, iam lite conteſtata reſtitutionem per implorationem officii iudicis petere poſſit? Quidam putarunt, quod non, *vt per Bart. in l. quis C. de vi publ. Felinus in c. cum oportet extra de accuſat.* Sed contrarium videtur deciſum in cauſa Korbmañ cõtra Velberg. Et hoc ſecundum noſtram Ordinationem verius videtur & æquius.

Vidi quoque vbi huiuſmodi Mandatum cum clauſula tamen de relaxando captiuum, vna, tribus vel ſex diebus Citationi coniunctum fuit, idque factum in cauſa Hardtfeldt contra Fürſt Wolffen zu Anhaldt.

Ob-

Obſeruaui quoque in prædicto caſu, vbi Citatio & Mandatum de reſtituendo coniungebantur, quod contra reum ratione fractionis publicæ pacis contra vnum, contra alium vero agebat ad nihil aliud præterquam reſtitutionem, Idque forte eam ob cauſam factum, quod vnus diem obierat.

Et porro licet ſupra dixerim, & Citationem & relaxationis Mandatum hoc caſu coniungi poſſe: Hoc tamen non ita intelligendum, quod putem hanc coniunctionem neceſſariam eſſe, Nam mandatum de relaxando cum clauſula quilibet impetrare poteſt etiam non petita Citatione, ſi modo negotium qualificatum ſit, vff den Landtsfrieden/ vel alias Partes in prima inſtantia hic iuri ſtare coguntur, vt etiam ſupra annotauimus.

Si itaque Mandatum de relaxando non datur niſi cum clauſula, ſequitur ergo mandatum relaxationis, quod ex noua Ordinatione ſine clauſula decernitur, Citationi publicæ pacis nullo

modo coniungi poſſe. Hæc tamen quidam putant nequaquam locum habere, ſi priuatus vel Nobilis & ſic inferior Comitem vel Ducem contra publicam pacem capiat & abducat: Iam enim putant mandatum de relaxando etiam ea ratione ſine clauſula decerni poſſe, quod hoc caſu nulla præſumptio pro Magiſtratu eſſe poſſit, vtpote cum inferior ſcilicet priuatus nullam iuriſdictionem in ſe maiorem, Comitem vel Ducem habere poſſit. Et ideo etiam in cauſa hac, qui Comitem de Manßfeldt cœpit & tradidit Alberto Marchioni Mandatum ſine clauſula decretum eſt.

Olim tamen ante nouam Ordinationem prædicti proceſſus, ſcilicet Citatio & Mandatum reſtitutionis non facile concedebantur. Aliquando tamen factum eſſe reperio, vt ſiquidem alicui conceſſa fuere, & ex proceſſu apparebat aliquem etiam quoad citationem abſoluendum & ſic abſolutus fuerit à citatione; nihil ſecius tamen in

cauſa

çauſa Mandati procedebatur & quod iuris fuit pronunciabatur. Et ſi licet Camera non fuerit iudex principaliter in Cauſa Mandati tamen incidenter cognouit de eo.

Idque fieri poſſe tradit Iaſon *in l. quoties, C. de iudic.* cum videlicet ſit & fuerit iudex cauſæ principalis ſcilicet fractæ pacis. Sic factum in cauſa Marchionis Brandeburgenſis. Nam is per Officiales ceperat ſubditos Comitis de Ottingen / & ſic Comes impetrauit Citationem vff den Landtfrieden & mandatum de relaxando: Et cum à citatione abſolui deberet: tamen etiam in puncto Mandati prius iudicatum, ita quod adhuc ſub dicta pœna parere deberet, & deinde à Citatione abſolutus expenſis compenſatis.

Tamen ſecundum ſtrictum ius in puncto Mandati debuiſſet in expenſis condemnari, quod hoc corroborat *vide Baldum in authen. hodie, C. de appell.* Supra dictum eſt, omnes homines ratione publicæ pacis Cameræ ſubiectos

 eſſe.

aliquo pacto ad rem faciant vel ad abſolutionem, vel ſaltem ad moderationem pœnarum, vſque poſt litis conteſtationem reſeruantur & admittuntur. Prædicta tamen non procedunt, ſi coram Ordinario iudice ob eandem publicam fractam pacem agatur, idque fieri poſſe, ſupra dictum eſt. Et ſic ſi etiam ciuiliter conueniſſet reum, iam vtique exceptio præuentionis & litispendentiæ in iudicio Cameræ admittitur ſi illa probata fuerit, nullo pacto in iudicio Cameræ cauſa acceptatur. Sic quoque defenſiones & exceptiones poſt litis conteſtationem reſeruantur, ſi ſit obiecta exceptio præſcriptionis rei iudicatæ, tranſactionis, iuriſiurandi & ſimiles, ſi modo requirãt altiorem indaginem, ita vt ſtatim probari non poſſint.

Præterea cum ſupra diximus, Actorem quamcunq; etiã pœnam coniunctim vel diuiſim petere poſſe: Quæro itaq; ſi coniunctim petantur & pœna ac reſtitutio, & reus ante litis conteſtatio-

nem

nem diem obeat, an etiam iam inſuper hæredes dictis pœnis cõueniri poſſint? Reſpondeo, quamuis poſt litis conteſtationem hæredes vtique teneantur, tamen ſi vt dictum coniunctim petitio facta ſit iam hæredes quo ad pœnas nõ coguntur iuri ſtare. Quia vulgo notum eſt, pœnales actiones ante litis conteſtationem non tranſire in hęredes, quo autem ad mandatum reſtitutionis rei, tranſit ad hæredes, iuxta den Landtfrieden/*fol.8.* Et hic conueniri poſſunt. Etiam pronuntiatur, quod inſtantia, quo ad Citationem vff den Landtfrieden gefallen ſey. Hoc etiam quo ad partes, ſecus quo ad iudices. Imo & Iudex cum ex actis ſibi de crimine innoteſcit reum viuentem bannire ex officio in eadem inſtantia poteſt, ita fuit bannitus Ioannes Brunbach nobilis mortuo Philippo Comite de Hanavv accuſatore, poſt concluſionẽ in cauſa in eadem inſtantia ex officio iudicis, & bona eius publicata. Alius actore mortuo fuit abſolutus, quod crimen non fuit probatum

eſſe

eſſe fractæ pacis in cauſa Rudolff de Enhingen contra Neuneck / *10: Nouemb. Anno 40.*

Et quanquam diximus hæredes poſt litis conteſtationem etiam ratione publicæ pacis conueniri poſſe, tamen verum eſt, eos non poſſe banniri, quando innocentes ſunt. Hoc itaque caſu pœna corporalis, mutatur in pœnam pecuniariam, vt factũ in cauſa Ducis de Luneburgk contra viduam Wandorffs/ Et ſemper quidem Camera vel ex officio vel petente Actore poteſt pœnam Ordinationis & pœnam corporalem ex iuſta cauſa ſi ſine publico motu & ſeditione bannum exequi non poſſit; imo ſi vſque adeo magna publica vis non ſit facta, vt ſic aliquã rationabilem cauſam vel probabilem ſuæ violentiæ adducat reus; iam inquam Camera ex talibus & humilibus cauſis pœnam fractæ publicæ pacis in pecuniariam mutare vel illam pœnã pecuniariam, quæ im Landtfrieden expreſſa eſt moderari, vel in eius locum pœnam communis iuris adiicere po-

re poteſt. Hæc habes **im Landtfrieden/** *fol.9.fa.2.* Quoſdam autem audiui eſſe in tali opinione quod putarũt quamlibet cauſam, addũt etiam beſtialem, ab hac grauiſſima pœna excuſare. Et ſi hoc verum eſt, iam iſta publica pax fruſtra erecta eſt, quia iam inquam, aliquis banniri non poterit, eo quod talibus rationibus & cauſis defendi poterit: Et ita conſtituta erit, vti apud Romanos plures & acerbiſſimas pœnas nonnullis legibus adiectas legimus, vt ſaltem terrerent, non vt vnquam contra tranſgreſſores exequi deberent. Sed abſit hoc. Audiui itaque grauiſſimum & doctiſſimum virum, qui dicebat, cum dicta vulgaris theſis in hanc rem allegaretur, eũ inquam, qui brutali & beſtiali cauſa omnem publicam vim defendere vellet, brutum & arcadium germen eſſe, & non dignum qui in ſacroſancta illa & ſuprema officina iuſtitiæ, vbi ſcilicet merito tales nefandi homines iuxta eorum proteruitatem, & merita nullis niſi legitimis cauſis inſpectis

vel

vel banno,& vt ſæpius ſe præſente factũ eſt,puniri debeant, cum ſederet & ius diceret.

Et quidem ante hanc nouam Conſtitutionem Camera pœnam banni mutauerat in pœnam pecuniariam. Idque factum in cauſa Hohenloe contra Senatum Argentinenſem. Cumque Argentinenſes Iudices Cameræ hac in re contra ius feciſſe putarent, inceperunt iudicium maximis impẽſis ſyndicare. Sed nihil effecerunt, ne itaque rurſus anſa calumniandi hominibus daretur, recte quidem illa noua conſtitutio ſancita eſt.

Et quemadmodum ſupra dictum eſt Principem Eccleſiaſticum non poſſe banniri, ſed tantummodo priuilegiis priuari, eodem pacto quoq; mulieres non bannientur hic, ſed tantummodo bonis, defenſionibus, & priuilegiis priuabuntur.

Et primo, differentia hæc inter bannum & priuationem eſt, quod vt dictũ bannitus pronũciatur & publicatur

ſub

ſub Dio, priuatio autem nequaquam. Secundo, Bannum non profertur ſub conditione & comminationibus, priuatio vtiq; huiuſmodi comminationes admittit. Hæc obſeruaui, vbi Epiſcopus B. ſententia priuationis puniretur. Item cum Agnes im Hoff/ ciuis Colonienſis, eadem ſententia feriretur. Vidi tamen, vbi magni Principes banniri deberent, quod aliquando Denunciatio emiſſa, & prius (præter morem tamen) hoc negotium Imperatori indicatum, & ipſi banno talis comminatio adiecta, vt ſi bannitus intra menſem editis proceſſibus non paruerit, aut cum actore ſe concordauerit, denunciationis, publicationis banni & proceſſuum decretorum cauſa amplius fieri debeat, quod iuris eſt. Etſi iam elapſo termino Actor petet iuſtitiam, iam admittitur denunciatio, & more ſolito fit publicatio. Ita factum, cum Elector Imperii Marchio Brandenburgenſis banniri ob debitum debebat.

Sed cum hucuſq; ſatis & ſupra indi-

uentlich entſetzet / auch ſein Vnterthanen abziehen / oder in Vngehorſam wider jhr Obrigkeit bewegen / oder dieſelben ohne jhrer Obrigkeit wiſſen anders / quam conſuetum ſit apud maiores, in Schutz vnd Schirm annemmen: Sondern ſol ein jeder den andern bey dem ſeinen zeitlichen bleiben laſſen.

Tertio, quod quilibet deſſen andern Vnterthanen Geiſtlich oder Weltlich durch ſein Fürſtenthumb oder Obrigkeit vngejrret / frey / ſicher / vnnd ohngehindert wandern / ziehen vnnd weben laſſen / vnnd den ſeinen keines Weges geſtatten / Denſelbigen an jhren Ehren / Freyheiten wider Recht mit Gewaltthetiger That anzugreiffen / jhn verwaltigen / oder zu bſchweren inn keine Weiß.

Quanquam hæc verba ſatis clara ſint, tamen cum Germanis nimis familiare ſit, fines ſuos, vt & ſubditos, contra ſe inuicem acriter tenendi, & quaſi armis ſibi mutuo occurſandi.

& corpus perdit, *in ordinatione, folio 95.* Et quanquam Ordinatio habet, quod quis ipſo facto in dictas pœnas cadit, tamen hoc ciuiliter intelligendum, vt ſcilicet actor in Camera per ſupplicationem factum enarret & deſuper citationem petat: Citato itaque reo & probato facto, ſi hoc à reo negatur, iam tandem, ſi ſceleſtum factum ſit & manifeſte probatum, hoc pacto reus bannitur.

Quid ergo ſi contumax ſit reus *ord. fol. 163. fa. 2.* Modus publicandi bannum eſt vt Protonotarius ex libro Sententiarum ordine omnia enarret, & quod ideo cum iſta probata ſint iuxta Ordinationem in bannum Imperii declaratus ſit.

Vbi vero hæc ſententia per Protonotarium in auditorio tecta, iam extemplo ſurgit iudex vna cum omnibus Aſſeſſoribus, in foroq; ſub Dio ex ſcripto rurſus legit illius facinora denuncians tamen bannitum, committens vnicuique, vt liberum ſit, & bona &

corpus

corpus banniti comprehendere, hisque lectis lacerat chartam, eamque in terram proiicit, quæ tunc à famulo fiſcalis colligi ſolet.

Deinde literæ banni paſſim affiguntur, Idem in literis priuationis, executionis, vt infra dicetur. Ex his primum colligis, quod licet hæc ſit criminalis accuſatio, proceſſum tamen ciuilem eſſe, cum paſſim per procuratores & alioqui iuxta Ordinationem peragitur ſine ſcriptis, & pœna talionis, & in expenſis bannitus condemnatus.

Supra dictum eſt publicæ pacis fractorem variis pœnis in iure & Ordinatione puniri.

Quæro igitur, An hic Actor vnam pœnam eligere vel omnes coniungere, vel vt dicimus cumulare poſſit? Reſpondeo hoc in ſuo arbitrio eſſe, quod vnam eligere vel omnes cumulare poteſt, vt expreſſe habet Ordinatio *fol. 755.* Imo ſi vi publica, aliquis etiam Eccleſiaſticus ſuis rebus ſpoliatus fuerit, Iam, etiam vna cum illis pœnis, vel ſe-

paratim tantummodo reſtitutionem petere poteſt, vt in eo loco tradit Ordinatio.

Sciendum tamē eſt, quod hoc mandatum reſtitutionis ita citationi iungitur, vt non detur niſi cum clauſula iuſtificatoria. Sed quæro, ſi quis tantummodo petat citationem vff den Landtsfrieden an etiam in cauſa illa, iam lite conteſtata reſtitutionem per implorationem officii iudicis petere poſſit? Quidam putarunt, quod non, *vt per Bart. in l. quis C. de vi publ. Felinus in c. cum oportet extra de accuſat.* Sed contrarium videtur deciſum in cauſa Korbmañ cōtra Velberg. Et hoc ſecundum noſtram Ordinationem verius videtur & æquius.

Vidi quoque vbi huiuſmodi Mandatum cum clauſula tamen de relaxando captiuum, vna, tribus vel ſex diebus Citationi coniunctum fuit, idque factum in cauſa Hardtfeldt contra Fürſt Wolffen zu Anhaldt.

Ob-

Obſeruaui quoque in prædicto caſu, vbi Citatio & Mandatum de reſtituendo coniungebantur, quod contra reum ratione fractionis publicæ pacis contra vnum, contra alium vero agebat ad nihil aliud præterquam reſtitutionem, Idque forte eam ob cauſam factum, quod vnus diem obierat.

Et porro licet ſupra dixerim, & Citationem & relaxationis Mandatum hoc caſu coniungi poſſe: Hoc tamen non ita intelligendum, quod putem hanc coniunctionem neceſſariam eſſe, Nam mandatum de relaxando cum clauſula quilibet impetrare poteſt etiam non petita Citatione, ſi modo negotium qualificatum ſit, vff den Landtfrieden/ vel alias Partes in prima inſtantia hic iuri ſtare coguntur, vt etiam ſupra annotauimus.

Si itaque Mandatum de relaxando non datur niſi cum clauſula, ſequitur ergo mandatum relaxationis, quod ex noua Ordinatione ſine clauſula decernitur, Citationi publicæ pacis nullo

modo coniungi poſſe. Hæc tamen quidam putant nequaquam locum habere, ſi priuatus vel Nobilis & ſic inferior Comitem vel Ducem contra publicam pacem capiat & abducat: Iam enim putant mandatum de relaxando etiam ea ratione ſine clauſula decerni poſſe, quod hoc caſu nulla præſumptio pro Magiſtratu eſſe poſſit, vtpote cum inferior ſcilicet priuatus nullam iuriſdictionem in ſe maiorem, Comitem vel Ducem habere poſſit. Et ideo etiam in cauſa hac, qui Comitem de Manßfeldt cœpit & tradidit Alberto Marchioni Mandatum ſine clauſula decretum eſt.

Olim tamen ante nouam Ordinationem prædicti proceſſus, ſcilicet Citatio & Mandatum reſtitutionis non facile concedebantur. Aliquando tamen factum eſſe reperio, vt ſiquidem alicui conceſſa fuere, & ex proceſſu apparebat aliquem etiam quoad citationem abſoluendum & ſic abſolutus fuerit à citatione; nihil ſecius tamen in

cauſa

cauſa Mandati procedebatur & quod iuris fuit pronunciabatur. Et ſic licet Camera non fuerit iudex principaliter in Cauſa Mandati tamen incidenter cognouit de eo.

Idque fieri poſſe tradit Iaſon *in l. quoties, C. de iudic.* cum videlicet ſit & fuerit iudex cauſæ principalis ſcilicet fractæ pacis. Sic factum in cauſa Marchionis Brandeburgenſis. Nam is per Officiales ceperat ſubditos Comitis de Ottingen / & ſic Comes impetrauit Citationem vff den Landtfrieden & mandatum de relaxando: Et cum à citatione abſolui deberet: tamen etiam in puncto Mandati prius iudicatum, ita quod adhuc ſub dicta pœna parere deberet, & deinde à Citatione abſolutus expenſis compenſatis.

Tamen ſecundum ſtrictum ius in puncto Mandati debuiſſet in expenſis condemnari, quod hoc corroborat *vide Baldum in authen. hodie, C. de appell.* Supra dictum eſt omnes homines ratione publicæ pacis Cameræ ſubiectos

eſſe. Excipe Eccleſiaſticos: Hi enim ſuos prælatos habent iudices im Landtfrieden, *fol.16.fa.2.* Hæc tamen regula fallit, ſi Eccleſiaſtici immediate ſub imperio ſint, & ſic feuda ab Imperatore habent: Iam enim contra hos decernitur Citatio. Nam quanquam banniri non poſſint, poſſunt tamen priuilegiis priuari. Sed quæro an etiam iſti aliquem iſta de pœna accuſare poſſint? Reſpondendum, non poſſe. *propter c. prælati de homicid. lib. 6.* Sed indies tamen fit & recte quidem, quod ad reſtitutionem & damna agere poſſint, vt & hoc in noſtra Ordinatione prouiſum & deſuper quoque pronunciatum & factum in cauſa der Cleriſey zu Cölln contra Gülch/cum à Citatione abſolutus & in puncto mandati condemnaretur. Sed ſi fracta eſſet pax ex officio poſſet declarari, *vt infra dicetur.*

Secundo quidam putabant quoque dictam regulam locum non habere in pœnis priuilegii Imperatoris, veluti ſi quis conquærebatur Eccleſiaſticum ſe

contra

contra priuilegia Cæſaris offendiſſe,

Iam enim quidam putarunt, nos in iuriſdictione fundatos eſſe. Sed Nellinger reluctabatur & obtinuit. Ideo *quarto Maii, Anno 51.* huiuſmodi proceſſus denegati ſunt.

Denique fallit in dicta Regula in Mandato de non offendendo. Hoc enim contra Eccleſiaſticos decernitur. Si tamen deinde actor, non obſtante Mandato contra publicam pacem offendatur iam nullo pacto in Camera decernitur citatio, quia non ſumus fundati in iuriſdictione, cum videlicet ille Eccleſiaſtico & nõ ciuili Magiſtratui ſubiectus ſit.

His itaque exceptis, omnes ratione publicæ pacis Cameræ ſubiecti ſunt. Hinc itaque ſequitur, quod in cauſa fractæ pacis nunquam poſſit declinari forum, & ideo, etiam non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus litis conteſtationem iniungendam eſſe, vt etiam indies fit. Defenſiones tamen ſi merita cauſæ concernant &

aliquo

aliquo pacto ad rem faciant vel ad abſolutionem, vel ſaltem ad moderationem pœnarum, vſque poſt litis conteſtationem reſeruantur & admittuntur. Prædicta tamen non procedunt, ſi coram Ordinario iudice ob eandem publicam fractam pacem agatur, idque fieri poſſe, ſupra dictum eſt. Et ſic ſi etiam ciuiliter conueniſſet reum, iam vtique exceptio præuentionis & litis pendentiæ in iudicio Cameræ admittitur ſi illa probata fuerit, nullo pacto in iudicio Cameræ cauſa acceptatur. Sic quoque defenſiones & exceptiones poſt litis conteſtationem reſeruantur, ſi ſit obiecta exceptio præſcriptionis rei iudicatæ, tranſactionis, iuriſiurandi & ſimiles, ſi modo requirāt altiorem indaginem, ita vt ſtatim probari non poſſint.

Præterea cum ſupra diximus, Actorem quamcunq; etiā pœnam coniunctim vel diuiſim petere poſſe: Quæro itaq; ſi coniunctim petantur & pœna ac reſtitutio, & reus ante litis conteſtationem

nem diem obeat, an etiam iam inſuper hæredes dictis pœnis cõueniri poſſint? Reſpondeo, quamuis poſt litis conteſtationem hæredes vtique teneantur, tamen ſi vt dictum coniunctim petitio facta ſit iam hæredes quo ad pœnas nõ coguntur iuri ſtare. Quia vulgo notum eſt, pœnales actiones ante litis conteſtationem non tranſire in hęredes, quo autem ad mandatum reſtitutionis rei, tranſit ad hæredes, iuxta den Landtfrieden/*fol.8*. Et hic conueniri poſſunt. Etiam pronuntiatur, quod inſtantia, quo ad Citationem vff den Landtfrieden gefallen ſey. Hoc etiam quo ad partes, ſecus quo ad iudices. Imo & Iudex cum ex actis ſibi de crimine innoteſcit reum viuentem bannire ex officio in eadem inſtantia poteſt, ita fuit bannitus Ioannes Brunbach nobilis mortuo Philippo Comite de Hanavv accuſatore, poſt concluſionẽ in cauſa in eadem inſtantia ex officio iudicis, & bona eius publicata. Alius actore mortuo fuit abſolutus, quod crimen non fuit probatum

eſſe

eſſe fractæ pacis in cauſa Rudolff de Exhingen contra Neuneck / *10. Nouemb. Anno 40.*

Et quanquam diximus hæredes poſt litis conteſtationem etiam ratione publicæ pacis conueniri poſſe, tamen verum eſt, eos non poſſe banniri, quando innocentes ſunt. Hoc itaque caſu pœna corporalis, mutatur in pœnam pecuniariam, vt factũ in cauſa Ducis de Luneburgk contra viduam Wandorffs/ Et ſemper quidem Camera vel ex officio vel petente Actore poteſt pœnam Ordinationis & pœnam corporalem ex iuſta cauſa ſi ſine publico motu & ſeditione bannum exequi non poſſit; imo ſi vſque adeo magna publica vis non ſit facta, vt ſic aliquã rationabilem cauſam vel probabilem ſuæ violentiæ adducat reus; iam inquam Camera ex talibus & humilibus cauſis pœnam fractæ publicæ pacis in pecuniariam mutare vel illam pœnã pecuniariam, quæ im Landtfrieden expreſſa eſt moderari, vel in eius locum pœnam communis iuris adiicere po-

re poteſt. Hæc habes im Landtfrieden/ *fol.9.fa.2.* Quoſdam autem audiui eſſe in tali opinione quod putarũt quamlibet cauſam, adduͦ etiam beſtialem, ab hac grauiſſima pœna excuſare. Et ſi hoc verum eſt, iam iſta publica pax fruſtra erecta eſt, quia iam inquam, aliquis banniri non poterit, eo quod talibus rationibus & cauſis defendi poterit: Et ita conſtituta erit, vti apud Romanos plures & acerbiſſimas pœnas nonnullis legibus adiectas legimus, vt ſaltem terrerent, non vt vnquam contra tranſgreſſores exequi deberent. Sed abſit hoc. Audiui itaque grauiſſimum & doctiſſimum virum, qui dicebat, cum dicta vulgaris theſis in hanc rem allegaretur, eũ inquam, qui brutali & beſtiali cauſa omnem publicam vim defendere vellet, brutum & arcadium germen eſſe, & non dignum qui in ſacroſancta illa & ſuprema officina iuſtitiæ, vbi ſcilicet merito tales nefandi homines iuxta eorum proteruitatem, & merita nullis niſi legitimis cauſis inſpectis

vel

vel banno, & vt ſæpius ſe præſente factū eſt, puniri debeant, cum ſederet & ius diceret.

Et quidem ante hanc nouam Conſtitutionem Camera pœnam banni mutauerat in pœnam pecuniariam. Idque factum in cauſa Hohenloe contra Senatum Argentinenſem. Cumque Argentinenſes Iudices Cameræ hac in re contra ius feciſſe putarent, inceperunt iudicium maximis impēſis ſyndicare. Sed nihil effecerunt, ne itaque rurſus anſa calumniandi hominibus daretur, recte quidem illa noua conſtitutio ſancita eſt.

Et quemadmodum ſupra dictum eſt Principem Eccleſiaſticum non poſſe banniri, ſed tantummodo priuilegiis priuari, eodem pacto quoq; mulieres non bannientur hic, ſed tantummodo bonis, defenſionibus, & priuilegiis priuabuntur.

Et primo, differentia hæc inter bannum & priuationem eſt, quod vt dictū bannitus pronūciatur & publicatur

ſub

ſub Dio, priuatio autem nequaquam. Secundo, Bannum non profertur ſub conditione & comminationibus, priuatio vtiq; huiuſmodi comminationes admittit. Hæc obſeruaui, vbi Epiſcopus B. ſententia priuationis puniretur. Item cum Agnes im Hoff/ ciuis Colonienſis, eadem ſententia feriretur. Vidi tamen, vbi magni Principes banniri deberent, quod aliquando Denunciatio emiſſa, & prius (præter morem tamen) hoc negotium Imperatori indicatum, & ipſi banno talis comminatio adiecta, vt ſi bannitus intra menſem editis proceſſibus non paruerit, aut cum actore ſe concordauerit, denunciationis, publicationis banni & proceſſuum decretorum cauſa amplius fieri debeat, quod iuris eſt. Etſi iam elapſo termino Actor petet iuſtitiam, iam admittitur denunciatio, & more ſolito fit publicatio. Ita factum, cum Elector Imperii Marchio Brandenburgenſis banniri ob debitum debebat.

Sed cum hucuſq; ſatis & ſupra indi-

uentlich entſetzet / auch ſein Vnterthanen abziehen / oder in Vngehorſam wider jhr Obrigkeit bewegen / oder dieſelben ohne jhrer Obrigkeit wiſſen anders / quam conſuetum ſit apud maiores, in Schutz vnd Schirm annemmen: Sondern ſol ein jeder den andern bey dem ſeinen zeitlichen bleiben laſſen.

Tertio, quod quilibet deſſen andern Vnterthanen Geiſtlich oder Weltlich durch ſein Fürſtenthumb oder Obrigkeit vngejrret / frey / ſicher / vnnd ohngehindert wandern / ziehen vnnd weben laſſen / vnnd den ſeinen keines Weges geſtatten / Denſelbigen an jhren Ehren / Freyheiten wider Recht mit Gewaltthetiger That anzugreiffen / jhn verwaltigen / oder zu beſchweren inn keine Weiß.

Quanquam hæc verba ſatis clara ſint, tamen cum Germanis nimis familiare ſit, fines ſuos, vt & ſubditos, contra ſe inuicem acriter tenendi, & quaſi armis ſibi mutuo occurſandi.

Ideo vidi in Camera obſeruari, quod non facile & temere ſuper fracta pace proceſſus decernuntur. Si manifeſtus dolus, arma, & deſtinatus animus pacem frangendi ſibique inde aliquid acquirendi ex facto non colligatur. Hinc quoq; factum eſt, quod controuerſiis vicinorum, quas vulgo Nachbarlichen Gebrechen vocamus, non ſoleant proceſſus, tanquam publica pax fracta ſit, decerni. Non volunt enim, neque poſſunt præſertim vicini ſine huiuſmodi controuerſiis, & tanquam Angeli viuere.

Ad finem Rubricæ.

Adde quoque, ſi quis ratione priuilegii Cæſarei velit agere, in Camera agere poteſt immediate: Ratio eſt, quia ſolus Cęſar de ſuo priuilegio cognoſcit. Item quando duo rei non habent eundem iudicem, ſcilicet, quando alter eorum tantum eſt ſub iuriſdictione Cameræ, & alter non tunc contra vtrunq; decer-

decernitur citatio, ne continentia cauſæ diuidatur, adde *l. penult. ff. ad municip.* Abbas *in cap. cæterum. de iudic.* Item ſunt multæ cauſæ, quæ immediate deuoluuntur ad Cameram, ratione iuriſdictionis. Item, vbi duo ſuperiores contendunt de iuriſdictione aliqua, ſicque ratione incertitudinis huius litigii ſubditus eum qui allegat priuilegium, ſcilicet, quod Cameram ſuperiorem agnoſcat, altero vero negante, nihilominus donec litigium hoc finiatur conuenire poteſt. Ita ego impetraui proceſſus, citationem, inhibitionem, & compulſoriales in cauſa appellations prælati, de Dietrans Foll / contra Baronem nouum (vt dicebatur) hominē de Maſchſelrein / cui Dux Bauariæ contradicebat. Anno 58. 14. Februar.

Ad §. 2 *ibi,* Vnd deß Heyligen Reichs Acht.

Bannum contra Vniuerſitatem vel Communitatem afficit omnes & ſin-

gulas perſonas de vniuerſitate. Ita concluſum eſt in cauſa Minden contra Minden/ 4. Nouemb. An. 40.

Quod vero bannitus, etiamſi pœnam ſoluerit, tamen impune offendi poſſit, diſputat Alex. *conſ. 164. colum. 7.* Et circa materiam banni vide multa apud Bald. *in l. 1. C. de hæred. inſtit.*

Sampt andern Peenen.

Pœna 2000. marcharum auri ſumma facit 144000. aureos. Nam vna marcha auri puri valet 72. aureos, & 9. aurei faciunt 2. Loth. Sicut olim libra, *l. quis. C. de ſuſcep. præpoſit. & arc. lib. 10.* Vide gloſſ. & DD. *in l. final. C. de in ius voca.*

Ibi, Sollen mit der That von Rechte in die Peen.

Nota, perpetrantes aliquid contra conſtitutionem pacis publicæ, ipſo iure incidunt in pœnam, ſed tamen declaratoria opus eſt.

Ibi,

Ibi, Oder das Käyſſ. Cammergericht.

In cauſa fractæ pacis publicæ Camera habet concurrentem iuriſdictionem cum Imperatore & Rege Romano. Idem habetur im Landtfrieden *folio ſexageſimoprimo*.

Item ibi, Sollen deß oder derſelben Leib allermenniglich erlaubt ſeyn/vnnd niemandts daran freueln oder verhandlen können oder mögen.

Hoc adeo verum, vt in iudicio Cameræ nõ decernatur ſecuritas vel inhibitio, vt in cauſa Goßlar cõtra Braunſchweig/qui impetrata remiſſione ſuper abſolutione à banno, à camera diu mul tumq; petierunt ſecuritatem & ſuſpenſionem, quæ tamen per Cameram denegata fuit.

Ibi, Zu friſcher That oder wann er ſein Freundt.

In recenti ſcilicet quamprimum ſci-

uerit & poterit collectis amicis, antequam illi ad alia diuertant, *l. quod iure. §.fin.ff. de acquir.poſſ.* Abbas *in ca.olim. de reſtit.ſpolii.num.8.& 10.* Lucas de Penna *in l.ſi coloni.in 7.quæſtion.& 25.C.de agr.& cenſ.lib.11.* Vide Bald.& DD. *in l.vt vim, ff. de iuſtitia & iure. & l.prima, C. vnde vi.*

Ad §. Vnd ob ſich, *Ibi,* Bey der Peen.

Debet enim quiſque, quod ſibi debetur, per iudicem repoſcere, nec verecundiæ, nec pietati, nec dignitati conuenit quicquam non iure facere. *ff. de vi priuat, in l.pen.* Abbas *in d.capitul.olim. numer.8.*

Ad §. Wo aber der / oder die denen alſo gebotten.

Nota, quod licet in cauſa fractæ pacis ſeu citationis ad videndum feratur ſententia abſolutoria, tamẽ pronunciatur

tur in puncto mãdati, & ſuper incidenti argum. *l. ſi quis ad ſe. C. ad l. Iul. de vi publ.* ſecundum intellectum Petri, quem ibi refert Cynus *in 1. col. in fin.* Et ſic ſeruatum in cauſa Oetting contra Brandenburg: ſecus autem ſi per mortem accuſati periiſſet inſtantia. Quia olim cauſa der Vngeriſchen Erben contra Leuchtenberg / in puncto reſtitutionis fuit ad ordinarium miſſa. Sed hodie ſecus per ſequentem articulum, vbi cauſa reſtitutionis tranſit ad hæredes, licet pœna banni vel fractæ pacis non tranſeat. Vide *l. vnicam. C. ex delict. def. l. pupillum. §. in hæredem. ff. de regul. iur. & §. non autem. Inſtit. de perpet. & temp. actio.* Vide tamen in contrarium Paulum de Caſtr. *in l. pœnalis. ff. ad leg. Falcid.* Roman. *in l. ſi quis miſſum. §. actio iſta. Digeſt. de damno infect.*

Ad §. Wir wöllen auch.

Vigore huius §. Domini Imperii cupiunt, omnino inſerendam eſſe vtiliſſi-

mam conſtitutionem. *l. ſi quis in tantam. C. unde vi.* Et ſic acerbitate pœnæ amiſſionis dominii violentia talis eo facilius poſſet tolli, cuius limitationes & fallentias circa *d. leg. ſi quis in tantam, in gl.* per multas quæſtiones reperies.

Item, Ibi, Nicht außgenommen

Olim ante hanc conſtitutionem nouam poſt inſtitutam accuſationem fractæ pacis & litem cõteſtatam, & ſi actor implorabat officium iudicis ſuper reſtitutione ablatorum, & damnorum, Iudex nõ cognoſcebat etiã incidenter: Ita iudicatum in cauſa ciuium Memmingenſium contra Fürſtenhauſen.

Item, ibi, An dem Kay. Cammergericht fürzunemmen/ vnnd zu beklagen.

Sed ſi quis ſuper reſtitutione damnorum corã Ordinario ciuiliter, & ad pœnam banni in Camera agat, an obſtet

exceptio, *iuxta l. interdum. ff. de publ. iud.* Deciſum, quod ſc. propter cauſæ continentiam. Et quia coram ordinario nō potuit vtroque iudicio experiri in pleno conſilio, in cauſa Berleriß contra Brandenburg/ 25. Ianuar. An. 37.

Ad §. Vnd alſo. §. *ibi*, Nachgelaſſenen Erben.

Accuſatio fractæ pacis tranſit ad hæredes, ſi coniuncta eſt ciuilis actio ſuper reſtitutione damnorum & intereſſe, vel ſi ſolum ſuper his agatur in Camera: Secus ſi actio fractæ pacis tantum inſtitueretur in Camera, ſcil. ad bannum: qui caſus hic eſt omiſſus, & remanet in diſpoſitione iuris communis. Nam tunc pœnalis illa actio non tranſit ad hæredes, ſiue ante, ſiue poſt litis conteſtationem, Quia ex publico delicto, &c. *per text. in* §. *non omnes autem. & ibi gloſſ. & DD. inſtit. de perpet. & temp. act.* Ideo tunc pronunciatum: Daß durch abſterben N. die Inſtantz gefallen. Et

hoc

hoc, etiamſi per hęredes non ſit propoſitum, ſed ſimpliciter concluſum, quod nota. Ita deciſum in cauſa der Vngeriſchen Erben/ contra Leuchtenberg/ 7. Iulii, Anno 39. Et ideo in tali caſu non decernuntur citationes ad reaſſumēdam cauſam, &c. Et ſic nota, quod in publica ſpoliatus contra ſpoliatorem agere ex iure communi, vel ex pœna huius conſtitutionis, & pręterea ad reſtitutionem illati damni, vel reſtitutionem, vel ad totam pœnam coniunctim vel diuiſim poſſit. Et actio ciuilis vel criminalis cumulantur.

AD TIT. X.

Wie gegen denen/ die deß Friedtbruchs/ oder daß ſie den Friedbrechern heimlich Zuſchub gethan verdacht ſeyn/ gehandelt/ vnnd ad purgandum procedirt werden ſol.

IAm nunc dictum, quod Principes & domini non debent perpeti, vt in eorum

rum dominiis pax publica frangatur,& ipſi nebulones alantur ac ſuſtententur. Quæro itaque, ſi non ipſe Princeps, ſed tantummodo Nobilis, qui tamen in territorio eiuſdem Principis habitet, iſtos Incendiarios,&qui bella iſta priuata iniuſte indies ciuitatibus & bonis viris indicunt, viros iſtos, hoc eſt, fractores alat, adiuuet & ſuſtentet. An etiam hoc caſu contra Principem citatio impetrari poſſit? Reſpondeo: non ſolum contra Principem citatio, ſed etiam mandatum decerni poteſt, vt ſcilicet is compellat Nobilem tanquam ſuū ſubditum, ne porro huiuſmodi hominem alat, adiuuet & ſuſtentet. Sic in cauſa Wolrachē Preem cōtra Moltzan & ducem de Mechelnburg / decretum mandatum, quo is agat apud Moltzan / vt hic paternum ſuum caſtrum, quo in publica eum ſpoliauerat, reſtituat. Denique pro coronide hoc adiiciendum putaui, quod etiam in libera ciuitate publica pax frangi poſſit. Hoc tamen non præſumitur *iuxta l. fin. ff. quod metus*

cauſ.

cauſ. Item, quod liceat bannitos non ſolum ſemel, ſed & ſæpius conuenire, Vide Felin. *in cap. exceptionem. extra de exceptionibus.* ſed etiam denuo banniri, & excommunicari reus Eccleſiaſtica cenſura ob aliud factum poſſit. Et annunciatur ei, vt per procuratorem compareat. Bartolus *in lege is qui. ff. de publicis iudic.* Sed an ſæpius bannitus egeat plurib. abſolutionibus? Vide Ang. *in l. 2. C. vt intra cert. temp.* Hac de re vide Spec. *in tit. de accuſ. §. ſequitur videre. col. 6. nu. 23.* Sed quid ſi citetur *ex l. diffamari,* an etiam ideo habilitetur ad agendũ? Reſpondeo, quod non: Abb. & Feli. *in c. exceptionem. extr. de except.* Vide Iaſon. *in l. de pupillo. ff. de noui operis nuncia.* Quia hæc citatio videtur voluntaria, vt vult *gloſſ. in l. ſecunda. C. ne quid vi.* & Bald. in *d. l. diffamari.* Secus itaque eſt in citatione neceſſaria. Bart. *in d. l. de pupillo.* Alex. *in leg. libertas. ff. de in ius vocand.* Hæc ſunt diſputata in cauſa inter Cordt & eius filium bannitum. Bannito tamen proceſſus tanquam actori hic nunquam

quam decernuntur, donec abſolutus fuerit. Sic quoque non poteſt per ſe accuſationem vel actionem inſtitutam, antequam abſolutus ſit, proſequi. *capit. 1. ext. de except.* Bartolus *in l. eleganter. ff. de condict.* Et hoc diſputatum in pleno conſilio in cauſa Goßlar contra Braunſchweig.

Hoc poſtremo tamen adhuc nullo pacto prætermittendũ eſſe putaui, pœnam publicæ pacis non eſſe prætoriam, ſed ciuilem. Ideo etiam 30. annis durare, vt in querela L. Cornel. de falſ. Hic adde, quod licet crimen publicum ſit, ita quod quilibet hic actor eſſe poſſit, & ſic ſummarie ſimpliciterq; procedendum, vt habet Ordinatio *fol. 102. fa. 2.* tamẽ hoc nõ obſeruatur anxie. Quid ergo ſi illa exceptio non opponatur: Reſpondeo, neq; iudicem eam ſupplere debere. Quomodo ſe purgare debeant, qui ratione fractionis publicę pacis ipſi ſuſpecti, vel quod alios ad hoc auxiliati ſint, in Ordinatione *fol. 97.* Primo hoc notandum, actorem vt in fra-

ctione

ctione publicæ pacis tres habere iudices, Imperatorem, Cameram, & Iudicem ordinarium. Ordinat. *98.fa.1.* Actor tamen primo coram illo iudice, quem ex dictis elegerit, articulatim in ſcriptis iudicare debet, ex quibus cauſis reus ei de hoc facinore ſuſpectus ſit: Iam ſi has iudex videat releuantes, has admittere, & citationem decernere debet, vt perſonaliter compareat, ſi non ſit Princeps, coramque eo reſpondeat articulis, ſeque, dato tamen ſaluo conducto, per iuramentum expurget, ſi eos negauerit. Ordin.*fol.100.fa.1.*

Dicta tamen citatio non decernitur, niſi ſecundo Actor in ſua ſupplicatione indicet quod ipſe vel ſui clam noctu inuaſi, abducti, vel aliter contra pacem publicam læſi ſint. Tertio, reos non eſſe manifeſtos. Quarto, Actorem hoc factum nolle vel nō poſſe probare. Quo ad reum requiritur, quod propter tale facinus contra eum ſit legitima, releuans & ſufficiens præſumptio, vel quod de hac re ſit publica fama, quod ſcilicet hoc

hoc ipſe ſuis manibus fecerit, vel aliis auxilio fuerit. Vidi ego in iudicio hoc 1c. Martii, Anno 50. Nobilem de Rauſchenblat / & cum eos ruſticos quoſdam huc citatos eſſe, ad expurgandũ ſe vna cum ruſticis. Sed ſeparatim dictum iuramentum, ex eodem tamen iudicio præſtitiſſe, idq; admiſſum.

Sed quæro, ſi ante vel poſt reſponſionem Actor addat articulos adminiculares ad ſuſpicionem, an illi admittendi? Reſpondeo, quod ſic ſcilicet ad probandum, non tamen ad reſpondẽdum ſine noua citatione. Ita deciſum in pleno conſilio, decimo ſeptimo Octobris, Anno 40.

Quanquam in hac priuilegiata cauſa de plano & magna feſtinatione procedi debeat, præſertim ſi citati non compareant, vel ſi legitime ſeſe non excuſent, vt *Ordinat. folio 99. fac. 1. & fol. 100.* Tamen hoc in iudicio non obſeruatur tam anxie, quia comminationes dantur, & in contumaciam procedi nõ poteſt, niſi prius proclama factum ſit.

AD TEXTVM TIT. X.

Et primo ad Rubricam.

NOta, quod læſus poteſt conuenire ſuſpectos ad purgationem faciendam, & iudex ex officio inquirere poteſt, *infr. eod. tit.* §. Es ſollen.

Ad §. 1. *ibi,* Fürſetzlichen Todtſchlegen/ Mordt.

Ex iſto poſſunt interpretari proceſſus, vt ſunt decreti dominæ Margaritæ de Raſtatt/ contra Ottonem Schwartzen/ & conſortem, qui crudeliter maritum dictæ dominæ Margaritæ in proprio ſuo hoſpitio interfecerant.

Ibi, Vnd dieſelbige doch auß/ ꝛc. *& ibi,* Oder aber durch einen.

Per iſta verba videtur, quod ſi aliquis accuſet, & deficit in probatione plena, non poſſit deferri reo iuramentum purgationis; Et ſic Ordinatio non habeat

beat locum, niſi inſtituto nouo proceſſu, iuxta ſequentem articulum: tamen de iure videtur poſſe deferri iuramentum, ſecundum Innoc. & Hoſtienſ. *in c. quoties. per text. ibidem, de purgat. canonica. & text. in ca. cum P. Marconella. de accuſat.* Et ita obſeruatum in cauſa Fiſcalis contra die Pleſſen/ vbi propter diffamationem & alia indicia in actis deducta, ſine alia citatione & proceſſu aliquibus ex reis iniunctum eſt iuramentum purgationis, 5. Iunii, Anno 49. Idem videtur velle Hoſtienſ. *de purgatione canonic. in ſua ſumma, verſicul. quando ſit indicenda.* Quod ſcilicet ſit regulariter in arbitrio iudicis, vt Actore in probatione deficiente, ſi reus grauetur veriſimilibus præſumptionibus, quod ad oſtendendam innocentiam ſuam onerandus ſit iuramento, vbi remittit ad notata ſua per eundem, *in titul. de iurament. §. nunc redeundum. verſicul. quando ſit deferendum, clarus text. in cap. fina. §. final. eod. titul.* vbi Hoſtienſis & alii. Quia licet in criminalibus non deferatur iu-

ramentum in ſupplemẽtum probationis, tamen hoc verum eſt, quo ad accuſatorem, ſecus in reo, vbi de pecuniaria pœna agitur. Quod etiam tenuit *gloſſ. cap.2.* Bald. Bart. Alber. Cynus, Ang. & alii, *in l. bonæ fidei. C. de iureiur.* & Alexan. *in conſi.66. lib.1.* hanc eſſe communem opinionem, de quo late Dd. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Hippol. de Marſil. *in ſua practica criminali, §. poſtquam. & latius in l. maritus. de quæſtionib.*

Ibi, Dieſelbige gehauſet.

Vide tit. de receptato. in l. final. Et nota, quod mitius puniendus eſt is, apud quẽ affinis vel cognatus latro conſeruatur, vide *cap. 1. capit. moniales. extr. de purgat. Canon.*

Ibi, Und derſelben Artickel deß Verdachts.

Et admittentur poſtea additionales ad probandum, ſed non ad reſponden-

dum

dum ſine noua citatione, ita definitum in plenô conſilio, in cauſa Fiſcalis contra Etlingen / tanquam receptatorem Benningers Banniti, decimo ſeptimo Maii, Anno 40.

Ibi, Dann die ſchweren.

Cap. quoties, extr. de purgat. canon. Et ille numerus eſt arbitrarius, *vt ibi notatur.* Olim tamen erat certus, ſcilicet 244.

Ibi, Sol er deß Verdachts ledig ſeyn.

Vide Panormitanum *in capit. ex tuarum. de purgat. canon.* Et certe, ſi velit probare, quod iurans peierauerit, admittitur. Quia iuramentum purgationis iudiciale eſt, contra quod admittitur probatio. *l. admonendi. ff. de iureiur.* Hoſtienſ. *in ſumma. de purgat. canon. verſ. an purgatus, in fine.*

Ad.§.2. Würde ſich aber der Beſchuldige.

Et nota hic, quod ſi citatus perſonaliter ad purgandum cõtumaciam non compareat: vel compareat, ſi tamen non purget, abſque alia liquidatione vel ſuſpicionis probatione reus declaratur, wurdt der Theter ſchüldig erkennt. Licet abſque noua citatione non declaratur in pœnam banni. Quia Ordinatio requirit nouam citationem. Ita obſeruatum quibuſdam tamen conditionibus in cauſa Welchs contra Weiſſer / An.35. & Hildesheim contra quoſdam Nobiles, 7. Iulii, An.39. Hic §. videtur de iure eſſe ſpecialis, nõ communis per Bart.not. *in l.abſentem.verſ.3.ext. de pœnis.*& notat Ioan. de Groſſ. *in tract. ſuo de arb.iud.in 6.parte,in princip.tit de of. iudic.nu.8.* Vide *tit.15. tertiæ partis.* §. Begebs ſichs aber.

Ibi, Ohne weitere Beweiſung.

Et ſic, quãdo quis propter contuma-

ciam

ciam à lege vel ſtatuto habetur pro cõfeſſo & coniuncto in delicto, tamen adhuc probare poteſt ſuam innocentiam. Text. eſt, quẽ ad hoc notant Ang. Saly. Paul. Alex. Iaſon *in l. ſi is qui. C: qui teſt. fa. poſſ.* Quod ibi extenditur, etiamſi talis pro confeſſo habitus publice ſit bannitus, quod late tenet Imola *in l. fin. §. illud. de appell.* Secundo extendunt, quod etiam extraneus poſſit innocentiam talis contumacis banniti docere, vt late Alex. & Iaſon *in d. loco.* Et ita practicatum in cauſa Welſch contra Welſch / 13. Octobris, Anno 36. facit pro eodem text. *in l. Diuus. verſicul. & ſic Diuus de cuſt. & exhibitio. reorum. l. Annus. & vtrobique Bartol.*

Et quod etiam bannitus poſſit innocentiam ſuam purgare, in carceribus habetur hodie conſtitutio criminalis Caroli V. Imperatoris, *artic. 155.* Adde Spec. *de accuſat. §. ſequitur videre de contu. accuſat. num. 20.* Alberic. *in l. raptores. per illum textum. C. de Epiſc. & Cler. & l. 1. C. de rapt. virg.*

Ad §. Wa aber der jenig. *ad verbum* Ehehafft.

Quid veniat appellatione verbi, Ehehafft/ vide Speculum Saxonicum Landrecht/ *lib.II.artic.7.* Weichbildt. *art.49. in gl.* Landtrecht. *c.24.*

AD TIT. XI.

Von Purgation deren / die jhre Güter gefehrlicher weiß/ veräuſſern/ oder die ſolche Güter von andern der Geſtalt annemmen.

AD TIT. XII.

Daß wider die ſo der Richter Güter / den Richtern zu gut / annemmen/ am Käyſſerlichen Cammergericht gehandelt werden möge.

QVod autem non ſolum contra illos, qui æquum & ordinarium ius perpeti nolunt, quorum iam infinitus nume-

numerus,ſed auffugiunt,& egregie minantur, ſed etiam contra ſuſtentatores & auxiliatores eorundem citatio **auff den Landtfrieden** decerni debeat, atque poſſit, *folio 101. fac. 2.* Idque nullum dubium, præſertim, ſi eouſque progreſſum ſit, vt bellum & flammam per literas, homines vel alia inſtrumẽta iſti nequam, vt paſſim fieri ſolet, denunciarẽt, Iam enim ſi hoc probetur vel alioqui in cõfeſſo ſit, datur citatio, imo bannitur, Addo, capite à multis Principibus tales puniuntur, etiamſi factũ, quod aggreſſi ſunt, non ſubſecutũ ſit. **Die guten Lands knecht.** & ſic quoq; obſerua quod partes vel procuratores, qui aliquẽ verbaliter, vel in ſcriptis in hoc iudicio citant, ſtatim in prima inſtantia hic cõuẽniri poſſunt, & quidem tam contra principalẽ quam procuratorem decernitur citatio, ſi modo principalis non ſit Eccleſiaſtica perſona & principali cauſa nõ abſoluta proceditur in cauſa iniuriarum, vt factum in cauſa **Bulaw** contra **Guſtauw** & **Wolff**, In his cauſis tamen ma-

xime, ſi palinodia petatur, non ſolet præpropere procedi. Tempus enim & mors has lites dirimere, & in procuratrem ferri ſententia ſolet Neſer.

AD TIT. XVIII.

Wie vnd wo vmb Abſolution der Acht gehandelt ſol werden.

Quomodo & vbi bannitus abſolutionem impetrare debeat. fol. 105.fa.1.

BAnnitum ratione deß Landtfriedens non poſſe niſi cum ſolennitate iuris vel conſenſu partis aduerſæ abſolutionem impetrare. Quid ergo, ſi actor nolit ſe concordare, vel conditiones impoſſibiles, vel nimis graues partes adiicerent; vt prorſus ex re Rei banniti non ſit, ſeſe cum aduerſario cōponere? Reſpondeo, hoc caſu Iudicem Cameræ imploratum cognoſcere poſſe. Vtrum concedenda ſit abſolutio, & quomodo partē aduerſam, & fiſcum ratione male-

ficii impenſarũ damni & intereſſe contentare debeat. Si iſta cõdemnata reus perſoluat, vtique Camera eum abſoluet, ſi non vſq; adeo magnum & acerbum ſcelus commiſit: Hæc Ordinatio *fol.105.fa.2.* Et hoc caſu in cauſa Schmecker contra Lohe bannitum, non vſque adeo Ordinatio videtur obſeruata. Nam Schmecker noluit ſe cum bannito Lohe concordare, neque exhibere articulos, in quibus indicaret, quid accipere vellet, quantũue illi damni illatũ eſſet, ei per decretum conceſſum eſt, vt ſi daret fideiuſſores, nec non ſeſe cum fiſco concordaret, quod ſc. tantum exſoluere velit, quantum Camera per ſententiam diffiniret & declararet, tum vtique abſolui deberet. Cum vero Lohe iuxta decretũ ſe non concordauit cum fiſco, neq; ſatis idonee cauit, & deinde Schmecker ad cor rediens, exhibens articulos liquidationis expenſarũ damni & intereſſe, receſſum eſt à priori decreto & Lohe iniunctum, vt ad prędictos articulos ageret, vt nimirũ iuxta ordi. abſolu-

ſolutionem impetret. Quæro, quo pacto abſolutio in iudicio peragatur, vbi & pars aduerſa & fiſcus contenti ſunt? Reſpõdeo, principalem vel eius procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum, nam & hoc per procuratorem peragi, ſi ad genua ſe propoſuerit ante iudicem, & abſolutionem petierit, poſſe his verbis abſolui: Nos te à banno, quo innodatus es, abſoluimus, **Vnnd ſetzen dich auß dem Vnfrieden in Frieden.** Quamquam itaque, vt ex prædictis patet, abſolutionem quis per ſemetipſum impetrare poſſit, tamẽ nihilo ſecius hic ſæpius vidi, quod quidam banniti ideo Cameræ ſcripſerunt, quod ſc. eo peruenire, & ſecundum Ordinationem abſolutionem impetrare velint, petentes iideo iis publicam pacem, quam ſaluum conductũ nominamus impartiri, quod tamẽ hoc eis denegatũ ſit. Ideoq; recte conceſſum, quod per procuratorem (vt diximus) eam impetrare poſſint. Et eodemque quoque pacto & is abſolutionem impetrare poteſt, qui in contuma-

maciam bannitus eſt. vt *Ordinat. folio 164. fac. 1.* Ibique pulchre adiectum, qualiter bona ratione banni aduerſario adiudicata, vel alioqui apprehenſa, Bannito tamen ſine fructibus reſtitui debeat.

Sed quæſtionis eſt, ſi iam bannitus ob contumaciam veniat, petens ſe admitti, ad docendum & probandum iuſtas cauſas, quare non debeat vel debuerit banniri, & ſic caſſationem banni petat, an audiendus ſit? Bartolus *in l. non videtur. 3. ff. de iudic.* Dicit ipſum audiendum. Idem Paulus Caſtrenſ. *in ſuo pulchro conſil. trigeſimo tertio. incip. ſuper primo quæſtio.*

Et idem ordinatio tradere videtur, dum admittit, quod quis via iuris abſolutionem petere vel impetrare poſſit. Hinc quæritur, an præteritæ bannitiones ad hanc nouam conſtitutionem trahantur. Et videtur, quod ſic per not. Alberic. *in l. leges & conſtitutiones. colum. penultim. C. de legibus.*

AD

AD TIT. XIX.

Daß wider die Echter / auſſerhalb Friedbruchs / Haab vnd Gut / am Cammergericht procedirt werden ſol.

Daß wider die Achter / ꝛc.

Ad Rubricam.

IN cauſa fractæ pacis miſſio in bonorum poſſeſſionem banniti, non eſt neceſſarium, *vt infr. fol. 156* ſcil. vt in Camera petatur & decernatur, ſed executores faciant hanc miſſionem & executionem, *vt infr. lib. 3. tit. 49.*

Ad §. 1. Item / erkleren / ſetzen ordnen / ꝛc.

Iſte articulus deſumptus eſt ex textu Ordinat. Auguſt. de Anno 1550. ſeu vt appellatur ex declaratione pacis publicæ. Et nota, quod in veteri ordinatione Anni ſcilicet 48. habeatur verbum Leib vnnd Gut / pro Haab vnnd Gut /

vt hic rectius habetur. Nam alias rubrum generalius eſſet nigro, quo caſu nigrum de iure etiam eſſet generaliter intelligendum ſecundum rubrum. Ita Alexand. *conſi. 109. vol. 5. per l. ſi quis. C. de bon. proſcrip.*

AD TIT. XX.

Daß alle vnd jede Fißcaliſche ſachen vnnd Fällen an dem Kayſſerlichen Cammergericht gerechtfertigt werden ſollen/vnd welches ſolche Fäll vnd Sachen ſeyn.

Quæ cauſæ fiſcales ſint, eaſque omnes in iudicio Cameræ in prima inſtantia peragendas. fol. 106. fa. 2.

FIſcales autem cauſæ, quæ in Ordinatione continentur, ſunt:

Primo, ſi quis contra Bullam aliquid facit. Hic enim, cuiuſcunq; etiã ordinis vel conditionis ſit, poteſt in prima inſtan-

ſtantia, in conſeſſu & conſilio tamen Deputatorum, à fiſco Imperatoris adiecta pœna conueniri.

Secundo, eum conueniri poſſe qui fregerit pacem publicam. *ex auth. item nulla. C. de Epiſcop. & Cleric.* Hic opus eſt citatione.

Tertia cauſa eſt, ſi quis mandatis Cæſareis non obedierit, ſiq; ipſos nuncios plagis & iniuriis quis afficiat, vel ipſa mandata corrumpat. Hoc quoque caſu fiſcum agere crediderimus. Sed iis caſibus opus eſt citatione.

Quarta, Exactiones, quæ Principes in Comitiis Imperatori & Cæſari concedunt. Item ſalarium Aſſeſſorũ fiſcus per monitoria, ſi hoc ſuo tempore non exſoluatur, vt moris eſt, exigere poteſt.

Quinta cauſa eſt, ſi quis politiam in Comitiis erectam non ſeruet, item ſi quis ineat contractum fœneratorium, & monopolia. Et quanquam vniuerſus mundus contra hoc agat, tamen fiſcus tacet.

Si

Si quis ſe iũgit Turcis vel aliis, qui opera vel alio pacto ſunt numeri Chriſtianitatis, & Germani Imperii.

Septima ſi quis ſciens in ſuo dominio Anabaptiſtas alat & ſuſtentet.

Octaua ab illis pœnam 40. marcarum fiſcus exigere poteſt, qui non fuerunt vicinis auxilio, quo vagabundi iſti nebulones quos Landtsknecht oder Gartenknecht vocamus, repellantur.

Nona, decem iſtę marchæ ſunt, quas ab illis exigere poteſt, qui contra Reformationẽ Iudicii VVeſtphalici quod Vetitum vocamus aliquid attentauerint. Idque vidi practicari.

Decima eſt, Imo ſunt omnes aliæ cauſæ, quæ in iure reperiuntur, *fol. 108.* Quo pacto autem in his cauſis ſatis feſtinanter, & quibus decretis & comminationibus procedi ſoleat, partim habet Ordinatio, *fol. 108. fa. 1.* & iam paucis ſubiiciam.

Prima ſic fertur vbi reiiciuntur exceptiones.

In Sachen deß Käyſ. Fiſcals / wider

N. iſt D. Höckeln fürgewenter Vrſachen vnuerhindert zu dreyer Wochen anzeig zu thun/ daß die anlage N. erlegt hiemit angeſetzt/ mit dem Beſcheidt/ wa er ſolchem allem nicht nachkommen würdt/ daß als dann vff deß Fiſcals ferner anruffen der Declaration Peen halben endtlich geſchehen ſoll was recht iſt. Notabis itaque hic ſimplicem non dari comminationem.

Secunda Sententia.

In Sachen deß Keyſ. Fiſcals contra N. iſt erkennt/ ſo ferrn von wegen N. den N. belangendt. in 14. Tagen den necheſten/ ſo eine hiemit angeſetzt/ nicht anzeig beſchehen würdt/ das den außgangenen reproducirten Käyſerlichen Monitorien alles jhres Innhalts gehorſamlich gelebt ſey/ daß alß dann die beklagten in die Peen berührten Monitorien inuerleibt hiemit erklert ſeyn/ darauff ferrner Proceß/ auch erkennt/ daß er gedachtem Fiſcal die Koſten vnd Schäden derhalben erlitten/ auff recht-

Rechtliche meſſigung zu entrichten vñ zu bezalen ſchuldig ſeyn ſol.

Tertia Sententia.

In Sachen N. contra N. N. belangendt / leſt man es bey der hievor ergangenen vnnd geſprochenen Vrtheil bleiben. Olim quarta ſolebat hæc eſſe ſententia.

In Sachen N. contra N. belangendt N. &c. iſt erkannt / daß dem gemelten Fiſcal die hievor erkannte executoriales folgen ſollen.

Verum cum hodie, vt infra dicetur, iſtæ ſine ſententia ex Cancellaria peti poſſint: Ideo puto hodie hac ſententia opus non eſſe.

Reproductis vero Executorialibus, ſi pars adhuc contumax ſit, vel irrelevantes cauſas adduxerit, iam hoc pacto ſi executoriales ſub pœna banni vel priuationis exiuerint, vt fieri ſolet, ſemel pronunciatur.

In Sachen deß Käyſ. Fiſcals contra N. belangend/N. iſt fürgebrachter Vrſachen vnuerhindert N. anzeig zu thun/ daß den Keyſ. außgangenen Executorialibus folg vnd gehorſam geſchehen ſey N. Zeit hiemit angeſetzt/ mit dem Beſcheidt/ wa er dem alſo nicht nachkommen würdt/ daß als denn vff gedachts Fiſcals ferrner anruffen endtlich ergehen ſol/ was Recht iſt.

Si itaque deinde executorialibus & Monitorio non ſatis faciat, intra præſcriptum tempus iam ſi ſecularis ſit pure bannitur. Illic enim, vt infra dicetur, conditio non admittitur: Si vero Eccleſiaſtica perſona, iam primo priuatur ſub conditione in euentum, & ſi intra præſcriptum tempus vel conditionem, in ſententia expreſſa non impleuerit, Iam: Leſt man es bey der Euentual Condemnation bleiben. Quomodo iam vero porro ad immiſſionem procedendum infra in tertia parte indicabitur.

Huius tamen proceſſus, & qui articuli in cauſis fiſcalibus admittendi & non

non admittendi, vlterior cognitio ex ſubſequentibus colligitur. Nonnulli Deputati ex Aſſeſſoribus conceperunt certam formam & modum, quomodo ex cauſis exactionum, quas fiſcus nomi ne Imperatoris exigit, hic agi, quæ materiæ admitti necne, denique quomodo decreta ſiue ſententiæ interlocutoriæ dandæ ſint: Idque cum in publico conſilio prælegeretur, omnibus tanquam res vtilis & neceſſaria (ne ſcilicet diuerſæ aliquãdo & contrariæ ſententiæ proferantur) placuit, idque iam paucis & craſſa Minerua ſubiiciam.

Primo præmittendum, quod hic creditur Regiſtris imperii, Ideoque iſta pro authenticis hic habentur.

Secundo ſufficere hæc à fiſco in iudicio allegari. Neque opus eſſe, vt eam omnibus cauſis iudicialiter exhibeat. Hæc tamen non procedunt, vbi fiſcus in conſilio petit proceſſus, Iam enim originalia in conſilium cogitur exhibere, aliàs ei nihil decernitur.

Tertio, fiſcus non cogitur rationem

neq; computum facere Receptorum, quia ipſe hanc pecuniam accipit. Quare ad hoc certæ ciuitates deputatæ ſunt & Magiſter nummorum Aſſeſſorum ſalarium in nundinis Francofurtienſibus accipere ſolet. Igitur hi potius fiſco rationem reddere debēt. In vno tamen caſu videtur fiſcus aſtrictus, vt viſitatoribus rationem, ſiue computum facere teneatur *Ordinat. fol. 25. fa. 1.*

Quarto & vltimo ſciendum, fiſcum ita priuilegiatum, vt neque iuramentum dandorum vel calumniæ præſtare cogatur, & ſi cadat cauſa nec in expenſas condemnandus ſit, quia officium excuſat, dummodo tamen dolus & manifeſta calumnia abſit, *Baldus in l. 2. Codic. qui accuſa. non poſſint.* Nunc ad rem, primo quæro, an collecta, quæ Aſſeſſoribus pro ſalario exoluitur ſit æque priuilegiata, alß Bawgelt vnd Vorrahͤt Reſpondeo, æque priuilegiata eſſe, ſolle man derhalben alß Türckenhülff vnnd Römerzug halten.

Secundo annotandum, quod in illis

Prin-

Principibus ac Dominis, qui in exceptionibus adducunt, ſe nihil ab Imperio habere, & quod nunquam Imperio quicquam ſoluerint, hāc differentiam retinendam, vt ſcilicet dictæ exceptiones in collectis priuilegiatis, vt ſunt defenſiff hülff/Bawgelt vnd Vorraht/non admittantur: In ordinariis autem collectis, vt ſunt, Türckenhülff/Cammergerichts Vnterhaltung vnd Römerzug vtique admitti debent, illo modo tamen & conditione, vt Receſſus Imperii admittit, videlicet, ſi in poſſeſſorio iudicio exhibeantur, ſe ſcilicet intra hominum memoriam nihil imperio dediſſe: neque imperio ſubiectos fuiſſe. Si vero in petitorio adducantur & articulētur, iam iſtas exceptiones pertinere ad cauſam exemptionis, illicque illas tantummodo admittendas.

Tertio ſciendum, quod cum multis & variis modis & calliditatibus ab Imperatoribus priuilegia impetrari ſoleāt igitur illis non ſemper ſtandum, ſed in iis hanc diſtinctionem adhibendam,

videlicet, ſi illa per modum præcepti conſenſu ſtatuum impetrata ſint, iam illis fidem adhibendam, tanquam Reſcriptis Principum: ſi autem priuatim obreptitie, vt plerumque fieri ſolet impetrata ſint, iam illis non facile fidem adhibendam, præſertim ſi extra Imperium impetrata & conceſſa ſint.

Quarto articuli admiſſi in cauſa exemptionis non ſunt admittendi in cauſis priuilegiatis, vt ſunt, Bawgelt / Deffenſiff / Hülff vnnd Vorraht / etiamſi eo petantur & exhibeantur. Neq; in cauſis ordinariis admitti debent. Secus in Poſſeſſorio, vt ſupra dictum.

Quinto, Quid igitur ſtatuendum in Principibus & Dominis, qui allegant paupertatem & impoſſibilitatem, vt facit Epiſcopus Hildesheimenſis & plerique alii? Reſpondeo, quanquam nudo nihil detrahi poſſit, & nemo ad impoſſibile teneatur, tamen contra eos via Ordinaria procedi poteſt, vſque ad bannum & declarationem, excluſiue tamen vt imperium maneat in poſſeſ-

ſione

ſione, ſi forte illi aliquando ad pinguiorem fortunam redirent.

Sexto, ſed quid de iis ſtatuendum, qui petunt ſe **zu ringern/** & dicunt **daß ſie zu hoch angeſchlagen ſeyen?** Reſpondeo: hanc cauſam ad hoc iudicium nō pertinere, vt habet Receſſus Imperii. Igitur iſtæ exceptiones cum huc non pertineant & non releuent, non ſunt admittendæ.

Septimo, quo pacto contra detentatores & præſertim Eccleſiaſticorum bonorum, qui ſe offerunt cauſæ & liti procedendum? Videbatur vtiq; & iuris & æquitatis eſſe, vt contra hos procederetur. Sed placuit dominis, vt eam ob rem Cęſari pro habenda reſolutione ſcriberemus, catalogo facto in quo ordine indicarentur. Eouſque itaq; quieſcendum duxerunt.

Octauo, quid ergo faciendum cum iſtis conſtitutionibus, quas locumtenentes & Conſiliarii Landgrauii & aliorum ipſius nomine ſæpius in iudicium exhibent? Deciſum, quod iſtæ ſub

illa forma & tenore admitti debeant, quo iſta conſtitutio concepta fuit in cauſa Heſſen contra Paderborn/illaque iudicialiter exhibita fuit. *22. Maii, Anno 49.*

Nota quod in cauſa Defenſiff hülff/ Anno 44. bewilligt/ſol kein Standt bannirt werden/ vt ſcripſit Cæſar, biß auff weittern beſcheidt.

Decimo & vltimo obſeruandum, quod in cauſis exemptionum tam eximens, quam exemptus citari, hic ſimul iuri ſtare, & ideo quoque ſe ſufficienter ad cauſam hanc legitimare debeant. Hinc itaque ſequitur, quod decreta & ſententiæ indefinite contra eos concipi & promulgari debeant. So ferrn die N. vnd N. wie ſich gebürt nit anzeig thun würden ꝛc.

AD

AD TIT. XXI.

Daß die Sachen der ſtreitigen Poſſeſſion zwiſchen den Partheyen/ ſo dem Reich ohne Mittel vnderworffen am Käyſerlichen Cammergericht gerechtfertiget vnd wie es darinn gehalten werden ſoll.

Ordinat. fol. 108.

PRimo requiritur, quod partes immediate ſub imperio ſint. Idem ſi eorum Officiales hoc faciant. Nam hoc caſu & ipſi vna cum Officialibus vel ſingulatim conueniri poſſunt. *l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi & vi arm.* & ita factum in cauſa Leuchtenberg contra Roſenaw/ Illi enim litis conteſtatio ſoli iniuncta.

Secundo, quod hinc vis maior perturbatioque publicæ pacis timeatur. Is n. narratis tantũmodo in ſupplicatione, non quidẽ in hoc caſu mandatum ſed

ſed tantummodo citatio decernitur, etiamſi nullum documentum vel indicium poſſeſſionis cum ſupplicatione exhibeatur, quod tamen Ordinatio videtur requirere. Neque hoc caſu prohibitio ſolet concedi: Nam ſecundum Ordinationem pendente hic lite vnuſquiſq; in ſua poſſeſſione in qua eſt, perdurare debet.

Abſoluta autem hac lite, cauſa principalis coram Ordinario tractanda. In prædictis etiam cauſis ſi vſque adeo veriſimiliter & propter perſonas & alias coniecturas, tumultus vel bellum timeatur, iam vtique Camera vel ex officio poſſeſſionem ſequeſtrare poteſt, vel ipſis interdicere, nec ea pendente, lite vtantur.

Hocque caſu ita ſummarie & præcipitanter in hac cauſa procedendum, vt ne quidem aduerſario copia exhibitorum iudicialiter decernatur. Audiuntur tamē probationes, teſtes, vel ſi quid aliud forte ad cauſam faciens exhibere quis velit, ita factum in cauſa Speyer

contra

contra Pfaltz das geleyt belangend/ vnnd Speyer contra Speyer als ſie fiſchen wolten.

Ad rubricam ipſam tituli.

Cum iſta cõſtitutio præſumat timorem armorum, & illa ratio in eo exprimatur; Ideo non videtur neceſſe, quod in ſupplicationibus ſpecifice exprimatur, dummodo cætera conueniant ad præſumendum illum metum, & ideo de ſtylo hic in Camera olim & nunc diuerſimode obſeruatum, *facit & huc l. æquiſſimum, ff. de vſufru. Bart. in l. ordinarii C. de rei vend.*

In verbo Ohne mittel vnterworffen.

De iſta conuentione vide Baldum *in l. Ordinarii, C. de rei vend. Ferrar. in practic. in forma ſequeſt. ſeu ſaximenti.*

Ad §. wa auch zwiſchen/ *Ibi.* Darvmb ſollen.

Quando duo contendunt de poſſeſſione & vterque probat, quid tunc Iudex pronũciare vel facere debeat, quia ſunt quædam iura quæ à duobus in ſolidum poſſideri poſſunt, vide pulchram doctrinam Ioannis Fabri *in* §. *retinendæ, Inſtit. de interdict. & Ferrar. in libello turbatæ poſſeſſionis, in gl. ad ceſſandum verſic. quod igitur ſi vterq;.*

Ad §. Ob auch in obberůhrten.

Hic articulus nouus eſt & practicatur hoc modo vt iudex vel ad ſupplicationem & inſtantiã partis vnius vel ambarum vel etiã neutrius ex officio partes citet, & vtrumq; vel in libello vel ſine ſuos articulos aut capitula quę ſuper litigioſa poſſeſſione pro ſe vterq; aſſerta probare velint corã ſe offerre, & teſtes nominare iubeat, & deinde ſequeſtrata poſſeſſione, vel loco ſequeſtrationis fa-

cta

cta prohibitione, vt neuter ad litigioſam poſſeſſionē vel quaſi accedat, ne ad arma & rixas perueniant; vtriuſq; teſtes & probationes recipiat & examinet, & tandem poſſeſſionē potiori iuxta hunc articulum decernat, ſaluo tamen petitorio, quæ practica fundatur *in l. æquiſſimum, ff. de vſufr. & eam pulcre tradit Spec. in tit. de poſſeſ. & petitorio, § 1. in fi. & in tit. de libelli concept. §. nunc dicendum, verſ. 22. vt ibi* in terminis Ioan. Andr. *in addit. late & pulcre Caſtr. conſ. 3. lib. 2.* vbi explicat quale ſit hoc iudiciū, & qualis ſententia pronunciari debeat, & quomodo differat à petitorio; vtrū atteſtationes receptæ faciant demum fidē in poſſeſſorio, & allegat loca in quibus iſta practica habetur, ſc. *c. cum veniſſent, de inſtit. vbi Innoc.* & ita practicatū in Camera in cauſa der Statt Speyer contra Speyer deß Eißbruchs halben vff dem Rhein/ ita deinde in cauſa der Statt Speyer cōtra Churf. Pfaltz in der Geleyts irrung vide ad hunc art. conſ. Ruini. *28. lib. 4.* Bald. *in lege diffamari in fine, C. de ing. & man.*

Vbi

vbi de hac ſpecialiter aſſignatur terminus ad probandum ſine libello, quando neutra pars vult agere & conueniri, ſed iuribus & armis agere.

Sciendum tamen, quod timor indiſtincte accipiēdus, pro qualitate tamen perſonæ, *Bald. in l. nullus. C. de ſum. trinit. & fide cathol. Cynus in l. denunciamus, C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt; Spec. in titu. de pet. & poſſeſſ. nu. 38.*

Ibi Die Poſſeſſion zu ſequeſtriren.

Sunt & alii caſus, in quibus iudex ex officio ſequeſtrationem concedit *Bart. in l. ſi vſufruct. §. ſed ſi inter duos, cum l. ſeq. ff. de vſufr. l. litibus. C. de agr. & cenſ. libr. 11. l. penult. §. ſi qua, & §. ſuper. C. de erog. mil. arm. lib. 12. Adde Papien. in forma ſequeſtrationis, §. 1. verſ. ſed circa hæc, Paul. Caſtr. in conſ. 3. vol. 2. Imol. in c. cum veniſſent, de iudic. Paris de Put. in tract. de ſyndicatu.*

AD

AD TIT. XXII.

Daß von Pfendung vnd Gefangen wegen am Kayſſerlichen Cammergericht gehandelt werden möge.

Ratione pignorationis & captiuorum, quem hic in prima inſtantia conueniri poſſe, Ord. fol. 109.

VT autem hæc procedat primo, requiritur quod ambę partes immediate ſub Imperio ſint; & tantæ potentiæ, vt facile inter ipſos tumultus ob prædæ apprehenſionem vel rapturam excitari poſſit.

Secundo, ꝙ reus per ſe, ſuóve mandato, vel per alium ſuum pręfectum capturam vel pignorationem in re mobili fecerit mit Gewaldt / id eſt, violentia. Et hoc caſu & dominus & officialis conueniri poſſunt. Imo & ſolus officialis conuenitur, & contra eum proceditur. Ita factum in cauſa Leuchtenberg contra Roſenawer. Ibi tamen ſpolium factum

fuit, Vide *l.1. §.deieciſſe.ff.de vi & vi arm.* Conſultius eſt, vt ambo citentur. Ex his itaque ſequitur, quod ſi non ex mandato rei hoc à ſuo præfecto factum ſit, ſed forte à ſuo ſubdito in villa vel ciuitate, ſine eius voluntate hoc peractũ, quod hoc caſu nullo pacto reus huiuſmodi mandatis conueniri poſſit. Ita deciſum in cauſa Lottringen / contra Marggraff Georg Friedrichen zu Brandenburg.

Tertio requiritur, Actoris bona vel perſonam vel ſaltem ſubditorum perſonas vel bona pignorata, vel capta eſſe, eam ob rem, quod ius prætendat, vel quod alioqui de iuriſdictione illic concertent, vt plerũnq; inter Principes & nobiles fieri ſolet. Idque in ſupplicatione narrari debet, alioqui denegatur mandatum. Ita factum in cauſa Wiedt contra Sain.

Quid vero de ſubditorum ſubditis? Hæreo, concludo, quod non decernendum, niſi actoris quoq; interſit principaliter. Ita in pleno Conſilio concluſum 10. Decemb, Ann. 52.

Quar-

Quarto requiritur has cauſas eſſe ciuiles.

Quinto, quod non ſit ſimplex ſpoliũ, vt deciſum in cauſa Comitis de Stolberg contra Comitem de Mannßfeldt. His interuenientib. conceditur mandatum S. clauſula de reſtituẽdo vel relaxando ſine vlla exceptione. Adiicitur quoq; pœna & citatio ad docendum ſe paruiſſe vel ſe videndum in dictám pœnam declarari. Et quanquam ex his ſatis colligitur, quod hic nullæ exceptiones admittendæ, ſed quod reus in termino ſibi pręfixo in mandato, hic in iudicio per inſtrumentum paritionis docere debeat, vt late habet Ordinat. *fol. 113. fa. 1.* Tamen vidi, quod prius illa exceptio admiſſa ſit quod reus non ſit immediate ſub Imperio, item criminalem cauſam eſſe. Sic factum in cauſa Waldeck contra Bueren. Et in ea cauſa, cum verum eſſet, Bueren non eſſe immediate ſub Imperio, mandatum caſſatum eſſe.

Quantum ad crimen attinet, &

in ea re non eſt dubium, quod hoc habet Ordinatio. Tertio quoque in pleno conſilio, 6. Martii, Anno 50. In cauſa Waldeck contra Archiepiſcopum Colonienſem concluſum, quod ſcilicet illa exceptio admitti debeat, qua quis vult probare, ſe ſuos homines cepiſſe & pignoraſſe, præſertim, ſi illa in illum finem adducatur, quod dicat reus, mandatum hoc ſub & obreptitie impetratum, & ideo caſſandum eſſe, & etiam hoc obtinebat, ſi ius ſubiectionis & captiuitatis in ordinario iudice hic prius pendeat, & ſic ſummatim articulis non poſſit expediri. Ita concluſum in pleno conſilio, Decembr. Anno 52. in cauſa Münſter contra Teckelnburg.

In quartum Ordinatio etiam habet, vt diximus, quod reus extemplo, ſi in primo termino non docet, realem paritionem eſſe factam, quod in pœnas condemnari debeat. Hoc tamen non vſque adeo ſtricte obſeruatur. Vidi enim, quod in hoc caſu tres comminationes datæ ſint, idque factum in cauſa

Weſchhaff

Weſchhaff contra Comitem de Newmar. iam tamē omnibus fere placuit, ſi in primo termino nō pareatur, vel non releuans exceptio adducatur, vt ſaltem ſtatim euentualiter in pœnas condemnetur reus, & hoc iure hodie vtimur. Deniq; ſciendum, in hiſce cauſis celeriter & ſummarie, & ſic abſq; litis conteſtatione procedi. Sed hoc fere præter miſſum fuit, quod nuper ex facto incidit. Reus cum hic in termino per inſtrumentum docebat paritionem, id eſt, relaxationem captiui, Actor replicauit, non recte eſſe paritum, eo quod ſumptus, quos fecerat in vinculis, ipſe, & non Reus exoluiſſet. Reſponſum & deciſum eſt, captiui petitionem iuſtam eſſe. Ideoq; reum nondum dicendum paruiſſe, antequam & impendia exoluiſſet. Igitur hos ſumptus eo vſq; exoluere debet reus, donec ſuper captura, an æqua vel iniqua ſit, pronuncietur. Ita deciſum in cauſa Schwäbiſchenhall contra Comitem de Hohenloe.

Sed rurſus quæro, quid ſi equus, vel

ſimilis res pignorata intereat, anne iam huiuſmodi mandatum ad reſtituendum ſcilicet ęſtimationem ſine clauſula hic impetrari poſſit? Reſpondendum poſſe. Ita concluſum in pleno cõſilio in cauſa Moßbach / contra Statthalter zu Caſſel. Sed dubitationis eſt, An captura cum ſpolio, quam iam hic vocamus pignorationem, coniungi poſſit vno proceſſu? Reſp. poſſe, & ita factum in cauſa Münſter contra Teckelburg / den gefangenen vnd ſpolijrten Paſtor zu Gugelsle belangend. Cauſa autem fractæ pacis, cum hoc non debet vel poteſt coniungi, ſeparatim autem peragi poſſunt. Dicta itaque paritione facta, actor ius pignorationis deducet, & ſiquidem probare poterit, ſe iure pignoraſſe (quod ſane difficile eſt, cum tales pignorationes & in iure & in Ordinatione prohibitæ) bene eſt: Si ſecus, iam pignora cũ expenſis reſtituenda. Quid igitur, ſi irreleuantes articuli exhibeantur, quibus ſcilicet non probatur poſſeſſio vel ius pignorationis? Reſpondendum,

hoc

hoc caſu iſtos, ſi contra illos nihil excipiatur, ex officio reiiciendos, & iniungendum, vt releuantes exhibeat, & ſi hoc non fecerit, abſoluetur captiuus, vel actori perpetuum ſilentium iniungendum. Quid ergo, ſi principalem cauſam hic diſputant & tractant? Reſpondendum, neque hoc iuxta Ordinationem admittendum, niſi expreſſe in hoc conſentiatur. Ita deciſum in cauſa Bach contra Trier.

Ad Rubricam huius tituli.

Hæc cōſtitutio locum habet, etiamſi pignus à reo conſumptum fuerit, aut alias peremptum. Mandatur enim, vt rem reſtituat, vel rei æſtimationem. Et hæc conſtitutio non tantum ad perſonas, ſed etiam ad res extenditur in Camera. Ita nota, quod tales pignorationes diuerſæ ſint ab arreſto & ſpolio. Et hæ pignorationes vulgo repreſſaliæ vocantur. *tex. in cap. 1. de iniur. & damni dati. lib. 6.*

vel tertius quem nominet, quod tunc admittenda eſt eiuſmodi exceptio, & forte decernendum, daß gebettene Declaration / vel arctius mandatum noch zur zeit nicht zu erkennen / ſondern wölle citatus anzeigen/vnnd darthun/daß nicht er/ſondern andere anzogen Pfändung gethan/daß ſolches gehört werden/vnnd alſo dann geſchehen ſol was recht iſt. Neſcio tamen pro nunc, cui in hoc puncto probatio iniuncta ſit, puto tamen excipienti.

Ad §. 1. in princip. Nach dem nicht allein.

In ſupplicatione pro mandato, vt ex hac conſtitutione iuriſdictio competat, tres qualitates neceſſariæ ſunt, primo, quod citans & citatus ſeyen dem Reich ohne mittel vnterworffen / hoc eſt, quod vtraque pars, & ſupplicans, & is, contra quem ſupplicatur, immediate ſubſint Imperio. Secundo, quod ſupplicantis ſubditi, vel res captæ ſint, vel

pignoratæ mit gewalt / id eſt, cum violentia. Tertium, Daß der Pfender begere vnd fürhab / Jme auß ſolchem pfanden eine Gerechtigkeit zuſchöpffen. *ſupr. fol.75.*

Quid autem ſi ſupplicans narret pignoratum eſſe ſubditum in loco, in quo ſupplicans communem habeat iuriſdictionem cum aliis, an conſtitutioni ſit locus? Dic quod ſic: quia ita decreti ſunt proceſſus in cauſa Spanheim contra Tryer/binis vicibus. Anno 50. & 53.

Ad eundem §. in verbo. Durch ſich ſelbſt.

Hoc ita intelligendum eſt, ſcilicet ex iuſſu & mandato ſuperioris Imperio immediate ſubiecti & illius reſpectu & in illius rem pignora capiuntur non autem in caſu, vbi ſubditi vel officiales Principis alicuius pro ſeſe alium caperent, aut alias pignorarent.

Item ibi, Der oder deß Vnterthan.

Quid autem, ſi ſupplicans narrauit, captiuos eſſe ſuos ſubditos, ſed is, cui mãdatum eſt etiam ſine clauſula in termino excipit male narratum, captos ſuos eſſe non ſupplicãtis ſubditos, & ſic articulum locum non habere. Et ſe offert ad probandum, an admitti debeat ante relaxationem captiuorum. Hæc quæſt. in pleno ſenatu Cameræ tractata eſt grauiter, & tandem in eadẽ concluſum eſt quod ſic in cauſa Waldeck cõtra Cöln. Et ſic propter priora iudicia maioribus ſc. 16. votis in pleno conſilio eſt concluſum, licet pro alia parte, ſc. in dubio articulum etiã locum habere, eſſent 12. vota. Item ius, ratio & æquitas, vt omnes Domini confeſſi ſunt, & proinde putauerunt, Cæſari & ſtatibus Imperii proximis Comitiis ſuadendam declarationem & ſuppletionem huius articuli etiam in caſum dubium, vbi de ſubiectione talis ſtatus eſt cõtrouerſia. In quam ſententiam prioribus diebus maio-

maioribus votis fuerat concluſum. Sed vt dictum eſt propter præiudicia iam antea facta, tam in dicto caſu quam etiam cauſa Fronhofen contra Bayern. Item Waldeck contra Brem / pro vitanda contrarietate ſententiarum, & ſaluanda auctoritate iudicii, quidam Domini receſſerũt à ſua opinione, 6. Martii, Anno 56. Et concluſum eſt, quod talis exceptio ſubiectionis ventilanda ſit, ſummarie ſaltem in vim agnoſcendæ competentię, priuſque reus declaretur in pœnam mandati. Idem obtentum in cauſa Tryer contra Spanheim.

Ibi, Ohne Verzug / auch einige Einrede.

Clauſula, *Nulla exceptione obſtante*, an indifferenter omnes excludat exceptiones? Vide pulchre per Vitalem in tractatu clauſularum, *fol. 39.* Bart. *in l. 1. §. fin. ff. à quibus appellare non licet. & l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Saly. & Cyn. *in l. ita pudor, C. ad l. Iul de adul.* Canon. *in cap. ex*

parte

parte 2.ff.de off.delegat. vbi gloſſ.& Ioannes Andr. Ergo nec in hac conſtitutione propter prædictam clauſulam reiicien-dæ erunt exceptiones nullitatis contra mandatum, maxime quatenus contra tenorem & formam conſtitutionis emanaſſent. Clemen.*1. de re iudic. l.4.* §. *condemnatum.de re iud.* & ibi DD.Philip. Franc.*in c.dilecto. de appellat. quæſt. 50. & ſeq.* Ang.*conſil.194.viſa narratione facti.in fine.*& vide omnino Gloſſ.*in Clem.1.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.*& Dec.*in d. cap. ex parte 2.*& idem Decius *in c.conſuluit.de appellat.* Ita quoque ſemper admittantur exceptiones nullitatis, præſertim in puncto incompetentiæ, vel defectus formæ vel poteſtatis.

Ibi, Die Pfandung wider zu geben.

Quid autem pignore perempto aut deteriorato, vt non poſſit fieri reſtitutio, vel non integre, nunquid poterit iuxta proceſſum huius articuli inciden-

denter & principaliter in Camera ſuper damnis agi, & pignorans alias Cameræ non ſubiectus, de ea re ibi conueniri? Certe non, quia tenetur quidem integre reſtituere rem captam in eo ſtatu & bonitate, qua eã occupauit, aut rei precium iuxta mandatum emiſſum. Quod ſi non facit actor, ſuper pœnis mandati procedi, & arctius mandatum pati poteſt, propter non paritionem. Et iſte eſt legitimus huius a...culi proceſſus quod damna conſequitur, ſuper quib. actionem in Camera inſtituere non poteſt, pendẽte quæſtione reſtitutionis, & obtemperationis factæ vel non, tanquam præiudiciali, ſed remittitur ad iudicem ordinariũ pignorantis & ita concluſum eſt in cauſa Walbrunn contra Alexium de Than/ & Burckhardum de Hertingshuſen. 19. Auguſti, Anno 50.

Itẽ, q̃d ſi is, cui pignora, puta aues captæ ſunt, eas pro vitãdo interitu precio ſuo redemerit, nunquid mandatum de reſtituendo pretio petere poſſit? Certe poteſt: quia pretium ſuccedit loco rei,

& vi-

& videtur permutatio pignoris, & ita decreti ſunt proceſſus Paderborn cõtra Cöln/in cauſa der abgepfendte 125. thaler.

Item ibi, Im fall ſolches mit Rechte erkennt würde.

Si duo mandentur, vtrumque debet impleri, etiamſi tempus lapſum ſit. tex. & DD. *in c. fin. de reſtit. ſpol. & c. dilecti. de dolo & contum.*

Ledig zu laſſen.

In mandatis adduntur illa verba: ohne allen entgelt / Et ſic ſine onere omnium expenſarum, quibus alias miſeri captiui in fraudem huius conſtitutionis poſſent grauari. Et capienti per hoc nullum fit præiudicium. Nam ſi iuſte capit, reſtituetur ei captus: ſin minus, inique expenſis grauatur captiuus, & ita deciſum eſt pro declaratione huius articuli per omnes Aſſeſſores, in cauſa Hall contra Hohenloe.

Am

Am Cammergericht zu erſcheinen.

Comparenti & ius ſuum deducenti ſuper hoc mandato non conſultum eſt in petitorio, & ſuper quæſtione dominii firmare petitionem ſuam, & primo petere, ſe pronunciari dominum, ſed magis ſuper poſſeſſorio quod ſibi licuetit capere illum.

Ibidem.

Et hoc non ſolum per deductionem poſſeſſorii in cauſa principali, ſed etiam aliis modis, veluti: Daß er hievor auch an dem Ort gepfendt/vnd die Pfandt von jm gelöſet worden/ ſic quod ſit in poſſeſſione, vel quaſi deß Pfendens/ aut quod ei vigore contractus & obligationis hoc competat. Et ſic poterit hoc ius deß Pfendens ſeparatim iuxta poſſeſſorium in principali cauſa deduci in Camera. Et ita ſeparatim proceſſus & citationes ſunt decretæ ſuper relaxatione pignorum

rum captorum, cum annexa citatione, iuxta hunc articulum, & citatio ſuper alio ſuperiori articulo de poſſeſſione litigioſa in cauſa Kronberg contra Stolberg/licet ambę citationes quantum ad iuſtificationem pignorum captorum poſſint in idem recidere.

Erſtlich das er ſolchen.

Darumb ſo ein Mandat vff dieſe newe Conſtitution am Cammergericht wider ein Herrſchafft eingefürt würdt / ſo muß vff den erſten gerichts Tag vnnd geſetzten termin / wann dem Gegentheil ein documentum paritionis oder ein Inſtrumentirte anzeig/das dem Keyſerlichen Mandat gehorſam geleiſtet ſey/fürbracht werden / wa aber ſolchs nicht geſchicht/ſo würde ohn alle einrede die condemnation der einuerleibten Peen erfolgen / auch keinem Anwaldt müglich die Parthey für ſolcher Peen zu ſchützen / oder die Sach vff zuhalten / dann vff fürbrachte Mandata

data der neuwen Conſtitution der pfandung würdt keine Einredt auſſerhalb Malefitziſch zugelaſſen / ſonder ſoll vnnd muß dem Mandat parirt werden.

Vnd ſol darauff:

In caſu paritionis, & ſic hoc fit, per modum libelli, & imponitur litis conteſtatio, ita in cauſa Schweinfurt contra Epiſcopum VVurtzburgenſem, *1. Octobris, Anno 50.* Item in ſimili cauſa attentatorum, *1. libro tertio, titulo. 29. artic. 13.*

Ibi, Der Hauptſachen halben.

Non ſolum ratione petitorii, ſed etiam poſſeſſorii, per ſupra notata, & non tantum coram inferioribus, ſed etiam in iudicio Cameræ, ſi modo iuriſdictionem habet, alias ſecus. Vnde recõuentio ex parte relaxantis locum non habet ſuper cauſa principali, ita deciſum, in cauſa Münſter contra Teckelburg / *28. Ianuar.*

Ianu. anno 51. Ita etiam contra articulos ſuper iure pignorandi, non admittendi ſunt defenſionales vel eliſiui ſuper principali cauſa fundati, & hoc niſi ius pignorandi ſine principali negocio non poſſit deduci vel elidi, vt videtur in dicta cauſa Münſter contra Teckelburgk/ Quo caſu erunt admittēdi, & hoc quo ad effectum reſtitutionis relaxatorum. Et in ſumma ad totū hunc §. nota quod ſi poſt reproductionem mādati & non factam paritionem citatus neget, quod ipſe ceperit aut pignorauerit, ſed alius vel tertius quē nouerat, q; tunc admittenda ſit huiuſmodi exceptio, & ſic decretum Daß die begehrte Declaration vel arctius Mandatum noch zur Zeit nicht zu erkennen/ ſonder wolle citatus anzeigen vnnd darthun/ daß er nicht ſondere andere angezogene Pfandung gethan/ꝛc. daß ſolches ſoll gehöret werden.

Porro ſi allegatio & contentio ſubiectionis (nempe quod vtraq; partiū vendicet & aſſerat captiuos eſſe ſuos ſubditos) ſit principalis & vnica cauſa

diſſidii & controuerſiæ ipſorum, & deſuper factæ pignorationis, quę non poſſit ſeparari à iuſtificatione capturæ vel principalis litigii, prout communiter fieri ſolet in exigendis tributis & collectis vel aliis ſeruitiis & iuribus, tãquam de ſuis ſubditis, &c. Quod extunc illa conuentio & eiuſdem cognitio atque diſcuſſio pro principali cauſa habenda & ſeparanda à puncto capturæ, quia beneficio huius prouiſionis ſeu conſtitutionis in primis ante omnem iuſtificationem capturæ captiuus relaxari debet, reſeruata deinde diſputatione ſuper diſcuſſione ſubiectionis litigioſæ. Sin autem contentio non ſit principaliter ſuper alio iure vel impetitione quacunque, tunc allegatio ſubiectionis tanquã incidenter & emergenter obiecta, ſummario proceſſu & cognitione cum petitione admitti cognoſciq; poterit, ita concluſum in pleno conſilio *21. Februarii, Anno 50.*

AD

AD TIT. XXIII.

Von Mandaten vnnd inn was Fällen dieſelben / ohne oder mit iuſtificatori Clauſul erkennt werden mögen.

De mandatis & in quibus cauſis tum vel ſine clauſula iuſtificatoria concedi poſſint.

fol.102.fa.1.

Regula habet in Camera nō concedendum Mandatum abſque clauſula iuſtificatoria. Hæc Regula primo fallit in illis cauſis & factis, quæ alioqui per ſe de iure vel cōſuetudine prohibitæ ſunt, & ſi iſta peracta abſque vlteriori cognitione improbabilia & iniqua ſint. Exemplum facile ſumere poteris, ſi Laicus clericum ſine cauſæ cognitione ſpoliet.

Secundo ſi per tale factum actori tale onus imponeretur, quod poſt per-

miſſum facinus irrecuperabile eſſet, nã in huiuſmodi cauſis etiam Mandata ſine Clauſula concedi poſſunt, ſi alias iuriſdictio eſt fundata, ita vt illis parendum ſit abſque omni exceptione, vel ſi hoc non fiat, vt iam in pœnas condemnetur. His & ſimilibus cauſis ceſſantibus, non ſunt Mandata in Camera ſine clauſula concedenda: Nam à præcepto iudicium nullo modo inchoari debet. Et prædicta clauſula habet vim citationis ſimplicis & plerunque conuertitur in ſimplicem citationem, quo ad partem, & non quo ad iudicem *gl. & DD. in leg. de pupullo, §. meminiſſe, de nou. operis nunc.* Et vbi quis ita per Mandatum cum Clauſula conuenitur, iam inquam ſi per procuratorem compareat, vt diximus, Mandatum conuertitur in ſimplicẽ citationẽ. Vide cauſam Wormbs contra Wormbs maxime ſi hoc expreſſe à procuratore petatur, vt in conſiſtoriis Iudicum cauſarũ Eccleſiaſticarum fieri ſolet, & inhibitio ſi forte adiecta, & Mandatum quoad pœnam ſuſpẽditur.

vſq; ad deciſionem cauſæ principalis, & deinde actor dat cauſas ꝑ manutenentia & ſubſiſtentia Mandati: Reus vero ſi voluerit & potuerit exhibet cauſas quare Mandatum caſſandum, vt ſi hoc caſu procurator tantummodo pœnam, peteret, iam inquam, non auditur, ſed etiam ei iniungitur, vt in principali cauſa procedat, tamen in vno libello coniungi poſſunt. Quid igitur ſi is, cui ſic mandatur non compareat, quomodo igitur contra contumacem procedendum? Reſpondendum ſi inſinuatio iuſte facta iam ſecundũ Ordinationem tanquam contra alios cõtumaces procedendum. Nam æque arctat vt compareat reus, ac ſi citatus fuiſſet. Ita iudicatum, & ita in illis cauſis pronunciandum, & præſertim in principali cauſa iam plerumque, his verbis ferri ſententia ſolet: *Quod nõdum in dictas & petitas pœnas condemnãdus reus, vel reũ adhuc ſub pœna vel tẽpore in mandato præfixo mãdato parere debere.* ſi autẽ reus nõ ꝑ omnia ſed tãtũmõdo in aliquo adhuc mãdato pa-

parere debeat, hoc in ſentētiis expreſſe adiicitur & in reſiduo reſolui ſolet. In cauſa Barbaræ contra Hoffart/pronunciatum, quod ipſa adhuc ſub tempore & pœna in mandato præfixa parere debeat, & inſuper quoque in litis expenſas condemnata.

Sic itaque Mandatum reſoluitur, quo ad partes, ſuſpenditur, quoad iudices, donec diffinitiue pronūciandum. Iam enim vt dictum Mandatum vel confirmatur vel infirmatur, & ſi deinde ſententiæ non pareat, iam vt diximus condemnari debet in pœnas.

Wolle aber in angeregten Fällen der theil.

Ex illa generali clauſula decernuntur Mandata ſine Clauſula, &c. ad inhibitionem noui operis, licet partes non ſint immediate ſubiectæ Cameræ, quia alias non habent ſuperiorem, ad quem in caſibus prohibitis aut vbi periculum eſt in mora recurrant.

AD

AD TIT. XXIIII.

Von Relaxation der Eydt ad effectum agendi.

De iuramentis ad effectum agendi, fol.111.

HOmines captiui apud Germanos etiamſi innocentiſſimi ſint, non dimittuntur niſi & ſumptus exoluant necnon iuramentum exultionis(quod vulgo **ein Vrphed** / nominamus) præſtent quod ideo ſcilicet ſe vlciſci nolint Nonnulli porro Principes & Domini tam inhumani ſunt, (non audeo enim acerbius dicere) vt nolint captiuos etiam innocētes dimittere, niſi iuramentō prius ſe & ſcriptis obligent, ſe nunquam neque vi neque iure ideo vlciſci, & ipſos conuenire velle. Quod ſane inhumanum eſt, ne dicam iniquiſſimum. Et ideo hæc Conſtitutio ſancita, vt videlicet huiuſmodi homines in Came-

ra abſolutionem impetrare, & ſic ſe via iuris defendere poſſint.

Verum enimuero cum paſſim & nocentes & innocentes hac conſtitutione vtebantur, igitur hæc reſtrictio adiecta eſt, vt ſcilicet eorum precibus non ſtatim credatur, ſed vt prius tranſmittantur Principibus, quo & illi ſuas defenſiones Cameræ indicare poſſint. Et cum hoc durum ſit contra communem regulā Cameræ, quæ habet, quod in principio litis narratis credendum ſit, ideo etiam vſu obtinuit, vt Principum rationes & cauſas in ſcriptis ad Cameram tranſmiſſas actori prius communicēt, ad ſe quoque deſuper defendendum, & illud conuincendum. Tamen vel denegantur vel conceduntur proceſſus. Et ſi tunc actor illud aliquo pacto confutare poterit, Citatio ipſi ad videndum relaxari conceditur, & deinde conceſſa iudiciali abſolutioni Citatio vel Mandatum, ſi modo pars rea immediate ſub imperio ſit.

Sed

Sed quæſtionis eſt, an hæredes iurati cogantur abſolutionem impetrare? Reſpondeo, nequaquam vt latius videre licet *in l. generaliter*, *C. de reb. credit.* & ita iudicatum in cauſa Stuben contra Hütten. Sic quoque ſi reus voluntarie remittat iuramentum, iam vtique nulla abſolutione opus habemus, ſed quid ſi Dominus vel Princeps ſuum ſubditum vel alium forte nolit non niſi ſub iuramento Exultionis contra ius relaxare, quæſtionis an in prima inſtantia hic conueniri poſſit: Reſpondendum, hic mandatum de relaxando cum Clauſula impetrari poſſe. Idem ſi pendente lite quis à ſuo aduerſario etiam Principe capiatur, idque propter connexiatem cauſarum. Ita factum in cauſa Berfeldt contra Berfeldt.

Idem quoque faciendum putarem, ſi relaxatus contra ius iuramentum vltionis præſtitiſſet. Idque innuere videtur Ordinat. *fol. 113. fa. 2.* ſi modo in prima inſtantia hic iure ſecundum Ordinatio-

nationem conueniri poſſit. At ſi contra publicam pacem captus & ita obſtrictus ſit, iam nulla relaxatione iuramenti opus eſt, quare hoc ipſo iure nullum & ſtatim hic peti poteſt citatio vff den Landtfrieden. Sed quid ſi contra quem petitur Citatio ad videndum, offerat ſe iuri ſtare velle: Reſpondēdum hoc caſu citationem neceſſariam non eſſe. Ita deciſum in cauſa Heinrich Handel contra Landſchad/ Sed quæro, ſi quis cogatur iurare quod nolit appellare vel aperte proſequi an iam valeat? Reſpondeo ſic, ſed periurus eſt. Igitur prius petere debet abſolutionem à iudice Eccleſiaſtico ad effectum agendi. *Caſtr. conſ. 259. & 200.* Sed hoc hodie prorſus noſtra Ordinatione mutatum videtur. *fol. 116. fa. 2. & recte.*

Ad rubricam.

Imperator tantum ſiue eius Conſiſtorium poteſt relaxare iuramentum, *eſt text. in l. fin. ff. ad l. munic. l. fin. de re mil.*

l. adi-

l.adigere.§.fin.de iure patronat. Baro *concl. 69.* vbi dicit, per hoc in Camera concluſum eſſe, quod cum aliquis Princeps ſubiiceretur banno Imperiali, Imperator ſeu eius Conſiſtorium poſſit ſubditis relaxare iuramentum fidelitatis, quo illi principi ante fuerant obſtricti.

Item iſte titulus fundatur de iure ciuili, *ex l.Imperatoris in princip.ff.ad l.mun. & d.l.adigere.& l.fin.ff.qui ſatisd.cog.* Secus videtur de iure Canonico: Nam cauſa iuramenti pertinet ad forum Eccleſiaſticum, *cap.nouit extra de iudic.vide notata infra in tit.28.art.2.* per quem vires iuramenti de nō appellando omnino annullantur.

Vltimo notandum, quod hæres veniens contra iuramentum defuncti, non eſt periurus, vnde etiam non opus eſt tali relaxatione. *Vide Ang. in l.generaliter in princ.de reb.cred.C.* Et quando quis dicatur venire contra iuramentum vide DD. *in l.ſi quis maior, C.de trāſact.*

Von

Sonder ſollen dieſelben Obrigkeit.

Sed hic dubitatur de literis, quæ poſt ſupplicationes illorum quibus obſtricta eſt via agendi propter Vrphedt factam, eorum Magiſtratibus ſcribuntur, vmb Bericht / Cuius expenſis fieri debeant, an partis, quæ non requirit, an vero Magiſtratus: Ego credo Magiſtratum Bericht ſcribere ſuis expenſis, & ſupplicantes expenſas tranſmittendi facere.

Ibi: Mag nach vermög der Recht.

Sed an tunc aduerſarius ſit citandus vide Panorm. *in c. 1. col. 4. vſque ad finem & ibi Nicolaum Euerhardum de iureiur. & ibi quoque Felin. 4. quæſt.* Quia aduerſarius citatur ad videndum & audiendum eum relaxari, de quo vide Ferar. *in forma iuramenti, quod præſtatur à parte parti*, vbi & de eo, qui iurat, quod non

petat

petat abſolutionem, concludens, eum debere ſeruare iuramentum. Tamen Rota *in deciſione 767. in antiquis* concludit Auditorem delegatum ad relaxandum ad effectum agendi, poſſe relaxare etiam parte non citata: Secus ſi citatio fieret ad effectum vel probationem cauſæ. Nota poſtquã aliquis contrauenit iuramento & ſic incidit in periurium, non auditur petens relaxationem vel abſolutionem, quia fruſtra auxilium legis implorat, vide Felin. *in 7. q.* dicentem, quod periurus non ſimpliciter repellitur ab agendo, niſi quatenus agendo venit contra iuramentum, veluti ſi iurauit ſoluere vſuras intra terminum non ſoluens fit periurus nec poteſt pro abſolutione agere, quia ſemper eſt in mora, & ſic perſeuerat in delicto agendo: ſecus in caſu huius articuli vbi ſemel egit & incidit in periuriũ, poteſt tamen poſtea petere abſolutionem, vel relaxationem à iuramento ad effectum agendi, quod petendo relaxationem non venerit perſeueranter contra iuramentum. Tutius

Tutius tamen eſt, vt ante omnia agat pœnitentiam de periurio, & poſtea petat abſolutionem. *Ita ſentiunt DD. & ibidem Alex. in l. ſi quis maior in fine. C. de tranſactionib.* vt ita relaxatio fieri debeat per iudicem Eccleſiaſticum *ſecūdum Paul. Caſtr. in conſ. 196. in 2. vol.*

Quando qs turpiter iuramentū recepit ab aliquo, poteſt recipiens etiam per Laicum compelli, vt relaxet iuramentum, Et hoc quando non dubitatur de viribus iuramenti, ſed conſtat de turpitudine recipientis. Si autem agitur de abſoluentibus à iuramento videtur ad Eccleſiaſticum pertinere, & ſi conſtat de turpitudine recipientis, non eſt opus vt citetur, *ita tenet textus & ibi* Panorm. *poſt alios in c. 2. de iureiur. Idem latius in c. 1. eo. tit.* Vbi vult notabiliter:, quod quando pars remittit, non eſt opus alia abſolutione *Vide Felin. in d. c. 1. q. 3.*

TIT.

TIT. XXV.

Welcher geſtalt am Cammergericht ex l. diffamari gehandlet werden mög.

Quo pacto ex l. diffamari in Camera agi poſſit fol. 111. fa. 2.

PRimo ſciendum, quod ex lege diffamari non decernuntur proceſſus niſi in cauſis fractæ pacis, iniuriarum, & ſimilibus, in quibus huiuſmodi diffamatio ſubdole captioſe vel alio pacto aliquem circumueniendi & grauandi cauſa peragitur, ſed quæritur, quæ huiuſmodi ſimiles cauſæ ſint, in quibus ſc. tantummodo proceſſus ex dicta lege diffamari decerni debent? Ego puto iſtas eſſe quæ famam & exiſtimationem hominis quoquo modo lædunt. Hoc tamen hic non vſque adeo anxie obſeruatur. Et recte quidem, præſertim cum

ex diſpoſitione iuris fere in omni genere cau[illegible]um, ex quibus aliquis diffamatur ex *d.l.diffamari* agere poſſit, *vt pulcre Alber.in c.ſignificauit,extr. de teſtib. n.4.docet.* Diffamare.n.eſt tacite ꝓuocare ad iudicem ipſius rei: *Alex. in conſi.52. in 2.volum.* Si quis igitur in poſſeſſione ſua turbetur, poterit ex hac l.agere. Ita hic citatio decreta in cauſa Mentz contra Sachſſen. Secundo non aliter hic proceſſus ex d.l.decernuntur, niſi ſupplicans & in cauſa principali Reus immediate Imperio vel Cameræ ſubiectꝰ ſit, vt ſic Iudex diffamati ſit requirendus, *Alexa.conſ.105.* & ille ſit competens Iudex. *Salyc.in l.vnica, C.vt nem.inuitus ager.* Ergo die ſondere außtrege non impediunt proceſſus ex dicta lege diffamari. Et hoc eſt hodie expeditum. Tamẽ etiam obtinuit olim, licet aliquando Ordinatio Cameræ *Anno 32.* requireret vtramque partem Cameræ ſubiectam eſſe: quia Ordinatio von den Außtregen loquitur in caſu, cũ quis agit aut vult agere, qui caſus eſt omiſſus, & relin-

linquitur diſpoſitioni iuris communis. Igitur tunc Camera eſt iudex. Econtra quoque non attentum fuit, quod diſfamans non ſubeſt immediate Imperio, vt in cauſa Moguntini contra creditores Theſſe, vbi pronunciatũ, quod Iudex diffamati ſit iudex diffamationis *18. Decemb. anno 38.*

Tertio quoq; requiritur Cameram antequam hos proceſſus decernat in ſcriptis documẽtis vel Indiciis de cauſa diffamationis inſtructam eſſe, & hoc caſu nudis copiis & narratis creditur. Sic factum in cauſa Archiepiſcopi Colonienſis contra Gülch. Gülch enim prætendebat ſe ius reluendi ad ciuitatẽ Smenich & Remagen habere, quod cum ei Colonienſis per aliquot ſcripta negaſſet, neq; concedere voluit, orans ne hãc reluitionem de facto ſed ſecundum formã iuris faceret; cumq; ex reſponſo Colonienſis, Iuliacenſis hoc ipſum non facturum perciperet: Ideo Colonienſis exhibitis copiis illis nudis illarum ſcripturarum, quæ inter

dictos principes miſſæ,per ſupplicationem in Camera proceſſus ex lege diffamari petiit, vna cum Mãdato de non offendendo: qui proceſſus *13. Octob. Anno 51.* decreti ſunt per Neſer & Latomũ. Ex iis facile liquet, quod ex dicta lege, hic proceſſus decernantur, etiamſi publica pax nondum fracta ſit, ſed ſaltem timeatur frangi. Idque maxime locum habet inter heroes & maximos Principes, ne ſcilicet facile & temere magno ſubditorum incommodo ad arma veniant. Eadem quoque ratione proceſſus decreti cum magna deliberatione in cauſa Trier contra Reginam & Brabantinos.

Praxis.

Vbi iam proceſſus decreti & reproducti diffamatioque probata, iam diffamans immediate Cameræ ſubiectus vel alioqui cauſa ibi in prima inſtantia ventilari poſſit, debet intra, expreſſum tempus actionem ſuam in Camera proponere,

nere, ſi vero hoc omittat, iam ei ſilentium imponendum. Si vero diffamatus immediate ſub imperio ſit, ſed tamen Cameræ in prima inſtantia non ſubiectus iam coram competentibus iudicibus intra nominatum tempus ſuum libellum ea comminatione exhibere debet, vt ſi hoc intra præſcriptum tempus non faciat, quod iam ei perpetuum ſilentium injungi debeat.

Quid ergo ſi forte Ordinarius ſuſpectus ſit, vel cauſam remittat, vel alioqui iudicium & æquitatem impertiri nolit, vel non poſſit, vt indies videmus in Epiſcopo Hildesheimenſi & Bremenſi? Reſpondeo ad hoc, eo caſu etiam cauſam principalem, in Camera retinendam. Ita factum in cauſa Magdenburgk contra Sachſſen.

Si vero diffamatus non ſit immediate Cameræ ſubiectus, vel alioqui ipſe vel ipſa cauſa illic in prima inſtantia determinari non debeat, tam contra diffamantem non debent cuiuſcunque etiam iuriſdictionis fuerit, proceſſus decernis

cerni; ſed potius hoc caſu in vtroque puncto diffamationis & cauſæ principalis, cauſa ad Ordinarium & competentem iudicem vna cum condemnatione expenſarum remittenda. Ita factum in cauſa Hans Adam cõtra Vogt zu Noppenaw.

Ex prædicta lege cum proceſſus petuntur plerunque Citatio & Mandatum de non Offendendo ſi timeatur quod pax publica frangi poſſit decerni ſolent. Et ſummatim notandum, quod talis citatio ex hac lege ſit citatio limitata & voluntaria, quod reus poſſit comparere & cauſam adducere Seins fürhabens.

Et hæc citatio eſt mera denunciatio, quia ita adiicitur; Si reus in termino non compareat, quod iam viâ agendi illi præcluſa eſſe debeat, *Bart. in l. Titia, ff. de accuſat. l. ſi ea, C. qui accuſari poſſ. Bald. in l. teſtamentum, C. de teſtam. Schurphius conſ. 34.*

Schmach

Schmach vnnd andern der gleichen Sachen.

Nota quod in antiqua Ordinatione hoc verbum Dergleichen fuit omiſſum & illa lex diffamari alias ſolum ad immediate ſubditos Cameræ reſtringitur.

De iure tamen communi locum habet in omni actione & cauſa, tamen cũ cauſæ cognitione & ſic facta informatione de dolo & malitia diffamantis, vel quacunque cauſa iuſta, vt *D. Ioannes Fabri in ſuo breuiario ſuper illa l. diffamari allegat Innoc. in cap. conquerente de off. iud. ord. & Hoſt. in ſumma de litis conteſt. verſicul. vtrum poſſit actor.* Et de hoc remedio l. diffamari vide pulchrum conſilium Alex. *103. in 5. volum.*

AD TIT. XXVI.

Von Sachen die durch verſagt oder verzogen Recht an das Cammergericht gewachſen.

Quæ cauſæ per iuris denegationem ſiue dilationem ad Cameram deuoluuntur, fol. 112. fa. 2.

REgula ſi intra menſem Ordinarii Iudices partibus petentibus nolint iudicium aperire, vel ipſum denegent vel calumnioſe protrahant, iam cauſa ad Cameram ita deuoluitur, vt illic citationem contra aduerſarium impetrare poſſint. Hoc verum ſi pro iudicio & iuſtitia requirantur. Secus itaque eſt ſi forte ab illis reſtitutio (vt paſſim fieri ſolet) ſine apertione iudicii petatur. Et hoc caſu aliquo documento requiſitionis opus eſſe putarem, & hoc verum.

Hæc

Hæc regula vera, ſi ipſi iudices, vel cauſa alioqui immediate in prima inſtantia ad Cameram pertineat. Secus itaque eſt ſi ille Ordinarius Iudex adhuc ſuperiorem iudicem Principem ſcilicet vel Comitem habeat. Iam enim cauſa huc non deuoluitur, niſi & hic requiſitus ſit pro iuſtitia. Nam ſi & hic eo caſu nolit adminiſtrare iuſtitiam, iam vtiq; cauſa ad Camerã deuoluitur. Prædicta omnia (ſed quid dicendum in Iudice appellationis vide infra) intelligenda ſunt de dilatione & denegatione iuris, vbi coram Ordinario iudice nondum cauſa iudicialiter incepta, itaque hoc caſu Ordinatio noſtra, & quæ diximus locum habẽt, vbi actor poſtulat ius iudices, vel vt ſic dicã iudicium ſibi contra aduerſarium aperiri. Secus itaque eſt vbi iudicium iam apertum, iudices conſtituti cauſæ iudicialiter inceptæ, & hoc caſu differatur vel denegetur iudicium vel iuſtitia, iam enim nullo pacto hic decernitur citatio neq; iure poteſt. Quia illa denegatio vel di-

latio non deuoluit cauſam niſi forte iure ab illa appellatum ſit. Idque fieri poſſe tradit Abb. *in c. ex parte. extra de appell.* Et hoc etiam in hoc iudicio obſeruatur, ſi modo hic legitime doceatur, & iudex immediate ſub hac iuriſdictione ſit, inſtrumento itaque hic opus eſt appellationis, ſed infra latius de hac re dicemus. Sed & hoc caſu ſolet, & poteſt decerni Mandatum cum Clauſula, vt intra certos dies Iudex adminiſtret iuſtitiam, & ſi tunc hoc non faciat, iam in pœnas mandati condemnatur niſi exhibeat iuſtas cauſas. Et hoc quoque caſu promotoriales decerni poſſunt, *vt infra latius dicetur.*

Sequitur praxis in noſtro caſu.

Per citationem reproductam hic orditur iudicium, & hoc caſu ordinarie vſque ad ſententiam proceditur, niſi exceptiones fori declinatoriæ, quæ vtique hic admittuntur, videlicet ius

non

non denegatum eſſe, vel non apertum, fuerint propoſitæ.

De promotorialibus.

Promotoriales non ſolebant olim tam facile decerni niſi per documentum de iuſtitia denegata protracta, vel quod alioqui intra menſis ſpacium iudicium non apertum ſit, docuerint. Hodie tamen ex nouo placito viſitatorum non eſt opus hoc documento: Hi enim volunt, vt tantummodo narratis credatur. Et ſic plerumque obſeruatur. Et ſciendum in cauſa appellationis & ibi promotoriales decerni, vbi quis executionem ſententiæ habere non poteſt Sciendum quoque quod in promotorialibus plerunque menſis præfigitur ſi judicium non fuit inchoatum, vt ſcilicet iudices conſtituantur & iudicium aperiatur. Secus itaque vbi apertum eſt.

Iam enim longius tempus vel indetermi-

terminate adiicitur, vt ſupplicanti velint im Rechten verheiſſen.

Praxis.

Vbi promotoriales rite executę, iam ſi infra præſcriptum tempus iudices non adminiſtrent iuſticiam, vel illud non faciant, quod iis in promotorialibus iniungitur, iam abſque noua requiſitione ita cauſa huc deuoluitur, vt citationem contra Aduerſarium impetrare & hic iudicium ordinarium vt ſupra diximus inchoare poteris.

Dictą tamen citatio non decernitur niſi promotoriales cum executione ſaltem in conſilio exhibeantur, vt ſcilicet eo rectius intelligi poſſit, quid illi reſponderint, quibus promotoriales executæ ſunt, ita factum in cauſa quadam contra Ducem Iuliacenſem, & in eadem cauſa, vt in executione videre erat, Dux ita reſponderat ſe ſcil. Quaden neque ius neque iuſtitiam, recuſaſſe neq; recuſaturum.

Igitur

Igitur etiam iſte Quaden amplius apudCameram impetrare potuit,quam quod ad Ordinarium iudicem per decretum remiſſus ſit.

Sciendum quoque eſt ſi iudex ei denegat ius, qui immediate ſub Camera ſit,quod,inquam,hoc caſu cōtra ipſum Mandatum clauſula decerni poſſit: Et ſi iam non obediat ille, in pœnas condemnatur,& contra aduerſarium citatio decernitur, ſi modo denegatio per inſtrumentum probetur vel huc iure appellatum eſt à denegatione iuſtitiæ, vt ſupra dictum.

Ad rubricam eiuſdem tit.26.

Quod propter negligentiam iudicis Ordinarii ſuperior adiri poſſit, vide Socynum *in cap. licet ex ſuſpecto num.9.de foro compet.* Et quod per negligentiam Iudicis inferioris, iuriſdictio deuoluatur ad ſuperiorem, vide Matth. de Afflictis *in Conſtit.regni Sycil.incipiente iuſtitiarii*

tiarii nota.19. De auocatione cauſarum per ſuperiorem vide Guidon. Papam *deciſ.440.& Geminia.in c. de perſona 11.q.1.*

An vero aliquis iuramento poſſit probare, quod non ſperet iuſtitiam apud talem iudicem conſequi, Felinus reſpondet, quod ſic *in c.accedens 2. vt lite non conteſtata & c. n.3.* allegans deciſionẽ Rotæ, *de reſcript.55.& de probationib.20.in antiqua Egid. Bellame.deciſ.45.* Si enim iudex negligit vel denegat adminiſtrare iuſtitiam, debet adire ſuperiorem, Innoc. *in cap.ex quæſt.de reſtit.ſpoliat.in prin. Bart.& Alex.in d.l.de pupillo; §.ſi quis ff.de nou.ope.nun.* Et hoc fit per modum Simplicis querelæ, nõ per viam appellationis. Item hoc caſu neceſſe eſt, vt euidenter de denegata iuſtitia conſtet, *d.§.ſi quis.* Dicit enim Fulgoſ. *in l.& ſi non, C.ſi contra ius vel vtil.publ.* Quod ſi ordinario non requiſito adeat principem, reſcriptum quo datur iudex delegatus eſt ipſo iure nullum, & de iudice negligente facere iuſtitiam, vide plene Alex. *in l.3.§.in eum ff.de dam.infecto.*

Ad §. 1. *Ibi:* Sonder das Recht kůndlich verſagt.

Et ſic requiritur, quod ſit notorium aut quod legitimum documẽtum producatur, quod aut dilata ſit iuſtitia per negligentiam Magiſtratus, ſiue in cognoſcendo ſiue in exequendo contra eorum ſubditos, Et tunc ſolent in Camera decerni promotoriales (poteſt tamen etiam in Camera proſequi vigore iſtius noui articuli, & ſic pars habet duplicem viam) quas ſufficit inſinuari ſine vlteriori requiſitione, *vt infra art. ſequenti.* At penitus denegata, & tunc decernuntur proceſſus & citationes contra ſubditos, &c. quia per tertiam denegationem Iudex perdit Iuriſdictionem *Auth. ſtatuimus. vbi DD. C. de Epiſc. & cler.* & hoc caſu poteſt appellari, quia habet quis remedium vt adeat Iudicem qui cogat inferiorem ad faciendam iuſtitiam. *Nouell. vt deb. Iud. in princip. & capit. 2. de excep. in 6. Bartol. & eius apoſtillator in dict. leg. de pupillo, §. ſi*

quia

quis ipſi. de nou. oper. nunc. vbi & Alex. ponens multas remiſſiones, Idem Bart. in l. fin: de appell. recip.

Ad §. 2. in fine. Ob gleich keine weitere Vrkundt.

Et hoc de nouo ſtatutum eſt, quia olim requirebatur allegatio Requiſitionis, alias non decernebantur proceſſus & ſi poſtea in proceſſu cauſæ requiſitio facta non probabatur, remittebatur cauſa. Et ita fuit iudicatũ in cauſa Goßlar contra Braunſchweig belangendt / Zinßgelt Schulden. Pro quo videntur facere notata Iaſon, *in l. vniuerſa verſ. ſeptimò facit, C. de precib. Imp. offer.* Et ſic nota in ſumma, quod in promotorialibus inſeritur tempus certum finiendæ litis, & quod hodie ſufficiat promotoriales ſemel inſinuare, debeatque nullus grauari, vt vltra illam executionem vel inſinuationem neceſſe habeat probare Requiſitionem & Denegationem.

Ibi, Verholffen werden.

Et hoc per ſupplicationem & citationem, non autem mandatum.

TIT. XXVII.

Daß alle Perſonen vnd Sachen die ohne Mittel der Käyſſerlichen Juriſdiction vnterworffen/vnnd derſelben nicht durch ſondere Außträge außgenommen/ an dem Cammergericht fürgenommen werden ſollen.

OMnes cauſas & perſonas immediate iuriſdictioni Imperatoris ſubiectas, ideoque ſingulariter non exemptas in Camera intentari & conueniri poſſe. *fol.113.fa.2.*

Hic notandum, omnis iuriſdictionis Imperatorem originem eſſe. Vide tamen *c. quem de off. deleg.* Iuxta quod Imperator iuriſdictionem in Camera tráſtulit, & ideo omnes ſuæ Maieſtati immedia-

mediate ſubiecti, illic iure conueniri poſſunt, niſi per Ordinationem, conſuetudine legitima vel priuilegio exempti ſint.

Sed quæro, an Imperator etiam in huiuſmodi cauſis ius dicere poſſit? Reſpondeo, ſuam Maieſtatem hoc facere poſſe. Sunt enim quædam cauſæ, quas ſibi reſeruauit, vt ſunt cauſæ fractæ pacis, Ducatuum & Comitatuum, de quibus ſupra diximus.

Sed quæſtio acerbior eſt, An Cæſar ſecundum Ordinationem cauſas decidere debeat? Ego nolo hic quicquam definire, putarem tamen ex iure, Cæſarem pro ſua Clementia & iuſtitia libenter hoc facturum. Id bonum & pium Principem decet. Ego tamen obſeruaui, Imperatorem multas partes ad ſummum tribunal citaſſe, & deinde cauſas & partes ad Cameram remiſſas, ibique decretam citationem & iuxta Ordinationem emanatam eſſe.

Vidi

Vidi quoq;, quod mandata hoc modo ſint caſſata.

Et ſic vidi Auguſtæ, vbi Doctor Ionas cauſam Regis Romanorum contra Ducem VVittembergicum Latine agere voluit, Dux autem, cum excepit, Germanice iuxta Ordinationem procedendum: per Conſiliarios Imperatoris deciſum, Germanice agendum, & procedendum, & ita factum eſt.

Sic itaque Camera iuriſdictionem ab Imperatore habet, Bartolus *in lege more maiorum, Digeſt. de iudic.* Et id quidem per modum contractus, & ſic non poteſt impediri. Abbas *in capitul. primo, de probat.* & ſic ordinatio habet. Et Camera habet ordinariam iuriſdictionem.

Et ideo, cum Cameræ ſit commiſſio, iam dicitur eius iuriſdictio excitari, vt late diſputatum in cauſa Hildeßheim contra Braunſchweig.

Igitur Viglius putauit, Imperatorē nō

eſſe per Cameram, cum ambo habeant iuriſdictionem concurrentem, & quidem in ſolidum, & ſic etiam prçuentioni locum eſſe, *leg. vnica. Digeſt. de offic. conſul.*

Sic itaque regulariter & Principes conueniri poſſunt. Tamen vt verum fatear, certi tantummodo ſunt caſus, in quibus iſti & alii immediate ſub imperio hic in prima inſtantia conueniendi. Aliquos ſubiiciam. Primus, cauſa fractę pacis. Secundus, cauſa purgationis ſuper fracta pace. Tertius, ſi Princeps intra menſem non aperiat iudicium, iam exercitium iuriſdictionis deuoluitur ad Cameram, vt infr. dicetur. Quartus, ſi contra eum agatur ſuper pœnis priuilegiorum, fiſco ſaltem pro parte applicantis. *l. proxime. ff. de his, qui in teſtam. del.* Sic quoque Camera exequitur ſententias latas per Conſiliarios Principum & aliorum Commiſſariorum. Eodem pacto quando Laudum arbitri & arbitratoris de iure meretur executionē contra Principem, tunc Camera exequitur.

cap. per

cap. per tuas. extr. de arbitris. Sic quoq; reductio arbitramenti ſeu laudi iati contra Principes fit ad Cameram, vt ad bonum virum, tamen prius decretum, quam exemptio fieri debeat per reducentem, ſimiliter etiam parti aduerſæ cautio iniuncta eſt de reſtituẽdo, quod vigore Laudorũ pars reducens indebite ſoluiſſet, ſi in cauſa reductionis obtineret. Vide Anc. *cõſ. 172. l. 1. C. de ord. cog.* Hic videtur procedendũ, vbi reductioni renunciatum ſub pœna, quę exoluta eſt. Bal. *in aut. hodie. C. de appell.* Idẽ de arbitrio, qua de re in Ordin. nihil prouiſum. Standum itaq; diſpoſitioni iuris, *l. ſocietatem. § arbitrorum. ff. pro ſocio.* Et hoc obſeruatum in cauſa Baden contra Baden. Vbi Palatinus arbitratus erat Princeps Imperii, & petiit proceſſus ex *l. diffamari*, vt reus originarius. Vide Ordinat. *fol. 181. & 188.* Quando fiſcus vel priuatus agit ad pœnam Banni, *ex. auth. item communitas. C. de Epiſcop. & Cler.* Vel contra ſacrilegium ex receſſu Auguſt. An. 1530. vel cõtra monopolia vel con-

tractus vſurarios. Quando Clerici conqueruntur de ſpoliis ſeu violentis factis intuitu religionis, & agunt ad pœnas Receſſus Auguſtani Spirenſis, Ratiſponenſis. Sed hoc hodie aliqua ex parte immutatum videtur. Item ſuper nullitate proceſſus ſeu ſentētiæ Conſiliariorùm, Principū & aliorum, per viam ſimplicis querelæ cauſæ hic tractantur. Iam teſtes ad perpetuā rei memoriā hic examinari petitur per deputatos Commiſſarios. Et in omnibus cauſis, in quibus licet mandare, cauſa nondum cognita, neq; recepta, licet cōtra Principes mandata decernere & alios priuilegiatos, vtpote cum eſt timor rixæ, ne partes veniant ad arma, iuxta *l. æquiſſimum, de v. ſur.* Ita factum in cauſa Speyr contra Epiſc. Spirenſem, & Speyer cōtra Pfaltz. Item, cum quis rationabiliter timet indebite ſe grauari. Vide plene Felin. in *tit. de treug. & pace.* Vbi etiam nota, quod is, qui petit, ne moleſtetur, nō inſtituat petitorium vel poſſeſſorium. Item in caſu noui operis nunciationis, *l. de pupil-lo.*

lo. §.*meminiſſe.de nou.op.nunc.* Et hoc caſu decernuntur mandata ad cohibendum nouum opus, quia alias non eſt idoneus ſuperior, qui imploraretur, & tractatus cauſę principalis reſeruaretur ſuæ iuriſdictioni. Vide reliquos caſus apud Alex.in d.loco. Vide Ordin.*fol.117.* Princeps ſi primæ inſtantiæ renunciet expreſſe facile hic conuenitur. Deniq; ratione pignorationis & capturæ conueniri hic, poſſunt vt dictum quoq; eſt.

AD TIT. XXVIII.

Von welchen Richtern / in was Sachen / vnnd von welchen Vrtheilen an das Kayſſerlich Cammergericht appellirt werden ſol oder nicht.

De cauſis, quæ in ſecunda inſtantia per appellationem deuoluuntur ad Cameram. fol.114.

A Quib. iudicibus, in quib. cauſis & à quib. ſentētiis ad camerā appellari

 debeat,

debeat,vel non habes infra *tit.ſeq.fo.116. fac.2.* primo, quoad iudices hæc prima regula obſeruanda. Ab omnibus iudicibus ſiue iudiciis, quæ immediate Cameræ ſubiecta, illuc appellari poteſt, vt habet Ordinat *fol.116.fa.2.* Sed quæ ſunt illa iudicia? Reſpondendum,ciuitatum & villarum Imperii eſſe, ab illis & ſolet & debet ad Cameram appellari. Solent tamen illi dare Commiſſarios vel Delegatos, vt illic prima inſtantia peragatur, & ab illis ad Senatum appellatur, à Senatu vero demum ad Cameram appellatio facienda. Quid igitur, ſi non forte ex incuria ad Cameram, ſed ad Cæſarem vel Imperatorem appelletur? Reſpondeo, indies tales appellationes in Camera acceptari. Nam vt ſupra dictum, Camera repræſentat Cæſarem; Hinc fit, quod Camera etiam ſolet reſignare literas, quæ Imperatori inſcribuntur, dummodo negotia in Camera pendentia concernant. Præterea ſolet quoque von den Landtgerichten (excipitur das Landtgericht zu Francken. Ab il-
lo e-

lo enim ad Epiſcopum appellatur, non ad Cameram) ans Cammergericht appellari. Item vſus obtinuit, quod à Scabinis in Gülch/Ach/Goßlar/Hamburg/Herwerde / Zenigo / Soſt / Item vom Thumbcapitel zu Hamburg ad Cameram quoque appellari ſoleat.

Secunda Regula.

A ſententiis latis à Principibus, Prælatis, Ciuitatibus & Nobilibus Imperii huc appellatur, hoc verum, ſiue ab ipſis ſiue ab eorum Hoffrichtern ſententia lata ſit.

Hinc itaque ſequitur, quod etiam ab Officialibus generalib. Principum Eccleſiaſticorum in cauſis prophanis non Romam ſed ad Cameram appellari debeat. Sed male hoc obſeruatur in maximum præiudicium Imperii. Felin. *in cap. ſuper quæſt. §. porro. in fin. extr. de offic. delegat.*

Item ſi Principes, Prælati, Comites vel Nobiles Imperii, iuxta placita Or-

dinationis vermög der Außträg / vel coram Conſiliariis, vel Cæſaris Commiſſario conuenti, & pro vel contra eos lata ſententia, iam quoq; intra tres menſes ad Cameram appellandum, vt ſupra diximus. Sed cum illic habet Ordinatio, quod à Commiſſariis Cæſaris ad cameram appellari debeat, ſæpius dubitaui, An etiam ab aliis commiſſariis Imperatoris, qui non iuxta Ordinat. dantur, ad Cameram appellari poſſit? Reſp. me hoc caſu potius putare ad Cæſarem, quam ad Cameram appellandum, iuxta *cap. ſuper quæſtione. §. porro. extr. de offic. delegat.*

Deniq; ſi Principum vel Comitum Conſiliarii in ſcriptis vel alio pacto etiã extraiudicialiter ex iuſſu vel auctoritate Principis vel Comitis ſpoliare intentãt, vel alioqui enormiter onerauerint, vt plerunque eorum (vt vocant) receſſibus, quos paſſim, cum cauſæ amice tractantur, vel inuitis partibus iis obtrudere ſolent, faciunt: Iam vtique ſi intra 10. dies à tempore ſententiæ ab iſto graua-

mine

mine appellatur ad Cameram, iam vtique hic decernitur citatio, vt factum in cauſa Stumel contra Brauweder / & Derſpach contra matrem ſuam, & in cauſa N. contra Epiſcop. Colonieſem.

Tertia Regula.

Tertia & poſtrema regula, Appellationem ad Cameram à nullo prohibendam, quemlibet tamen voluntarie ſuæ appellationi renunciare poſſe. in Ordinat. *fol.114.* Vide etiam, an ibi procurator ad hoc ſpeciale mandatum habere debeat. Sed quæro, qui voluntarie tantummodo renunciat ſuæ appellationi, an is ea renunciatione non obſtāte poſſit deinde ad Cæſarem ſupplicare, & ſic per modum ſupplicationis cauſam in iudiciũ Cameræ introducere? Reſpondetur, hoc vtique iure fieri poſſe, ſi modo intra decem dies ſupplicetur apud Cameram debito tempore. Et ita factum in cauſa Ianus Tranckſcherer contra Erneſtum Marchionem Badenſem.

Quid

Quid ergo, ſin iuri ſupplicandi forte in compromiſſo renũciatur, quæro itaque, an ratione nullitatis hic citationem impetrare poſſimus? Reſpondeo poſſe. Ita factum in cauſa Münſter/ contra Lorrinck. Imo ſi pœna exoluatur, & hic in Camera deponatur, appellare poſſumus, idque fieri vidi. Et hoc caſu non aliter proceditur, quam in cauſa appellationis. Sic quoq; ſupplicatio & appellatio concipienda eſt. Sed deniq; cum in d. loco Ordinatio habeat, quod per legitimum priuilegium ius appellationis ad Cameram tolli poſſit, dubitari poſſet, an ideo per conſuetudinem fieri poſſit? Reſpondeo, id fieri non poſſe generaliter vel regulariter, vt multis rationib. deciſum in cauſa Klauß contra Hagedorn/ & in cauſa Anna Siglers contra Glaubigers/ & Würzburg pro intereſſe.

Sed quid nam, ſi iudex nolit pronunciare, niſi quis abrenunciet? Reſp. Iam Cameram per mandatum cum clauſula compellere & mandare poſſe,

ne

ne hoc faciat, & alioqui quod iuris eſt, pronunciet, dummodo ille iudex immediate eſt ſub Camera. Sic fieri vidi.

Iam videamus, in quibus cauſis ad Cameram non appellandum ſit.

Prima regula, ſi capitalis & petita ſumma non valeat 50. aureos, iam vtiq; appellationem non acceptandam, *folio 11.* Sed de quibus aureis ordinatio intelligenda? Reſpondendum, de Rhenenſibus, qui valent 15. bazionibus, & hoc non ſolum, vt ſupra annotauimus, procedit in Ordinatione, ſed etiam locum habet in aliis obligationibus, vt quotieſcunque in illis fiat mentio aurei maxime Rhenenſis, iam pro aureo 15. baziones exolui poſſe. Quid igitur, ſi verbum Goldt oder Goldtgülden adiiciatur? Iam vtique aureus iuſti ponderis in aureo exoluendus, maxime ſi illa vulgaris & conſueta clauſula vel potius

a ppen

appendix adiiciatur: Gut von Golt/vnd ſchwer von Gewicht. Item ſi ſic habeāt, recht gewogener Reiniſcher Goldtgülden Landtswehrung. Ita iudicatum in cauſa Auling cōtra Vngelter / daß es für Gold zu verſtehen ſey. *Vide l. cum certo. ff. de aur. & arg. leg.*

Ex prædictis quoque notabis, quod petitio & æſtimatio hoc caſu, & non condemnatio introſpicienda ſit. Recte quidem, in iuriſdictione enim iudicis fundanda quid putatur, & non quid probetur vel pronuncietur, inſpiciendum. *l. cum. quædam puella. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Vbi tamen duo coniunctim petuntur, iam ſi vnum expreſſe conceditur, non eſt neceſſum, vt alterum expreſſe negetur. Et dicta regula etiam in cauſis iniuriarum procedit, dummodo petantur 150. aurei. Quid igitur, ſi ab vno vel pluribus actoribus variæ ſummæ petantur, & coniungi debeant, pro iuriſdictionis tuitione? Reſpondendum, coniungendos. Ita hoc Neſer decidit in cauſa Viant cōtra Münſter.

ſter. & hoc docet ius *in l.ſi idem ab eodem. ff.de iuriſd.omn.iud.*

Prædicta tamen regula non habet locum, Primo, in cauſis iniuriarum, **Da man vff den Widerruff klagt.** Quia illic plerunque pœna pecuniaria peti non ſolet, ſed vt palinodia cantetur. Cum itaque hic de fama & exiſtimatione hominis agatur, quæ pręferenda omnibus totius mundi diuitiis: vtiq; hoc caſu indifferenter appellationes acceptandæ, vt hoc habet Ord. *fol. 117.* Ex his facile liquet, hanc cauſam iuxta Ordinat. eſſe ciuilem, & nō criminalem, alioqui non eſſet in Camera acceptanda, vt infr. dicetur. Multi tamen putant eam eſſe criminalem, ciuiliter tamen inſtitutam. Sed iam dudum conſtitutū & deciſum hanc ciuilem eſſe, idque in cauſa **Borſt** contra **Bormann.** Igitur nolumus actum agere. Ibiq; habes, quod etiā pœna pecuniaria hoc adiici poſſet. Neque hoc vſque adeo ab Ordinatione alienum eſſe videtur. Et iſta maxime procedunt in iniuriis verbalibus.

Iam enim ſine dubio dicitur ciuilis, & talis cauſa & executio tractata in Camera, Anno 1495. Et ſic concluſum in cauſa Berglin contra Cleßner. 13. Ianuarii, Anno 40.

Sed quid in illis cauſis iniuriarum, vbi tantummodo petitur Bekehrung vnd Wandel? Reſpondendum, & illas hic acceptari, quare deinde poſſunt illę in iure taxari.

Secundo, dicta regula fallit, In ſachen / Obrigkeit / Gerechtigkeit / perſönlich oder Feldt dienſtbarkeit / ewig vnnd vnablößlich / Güldt / Zinß / vnd Nutzung / auch ander dergleichen / ſo ſie nicht gewiſſe Achtung hetten. In hiſce enim cauſis, etſi capitalis & petita ſumma non valeat 50. aureos, vtique appellationes admittuntur: Imo ſi vel ratione denarii vel pulli gallinacei, quod forte ſingulis annis à te mihi pręſtari volo, concertetur, tum vtique & hoc caſu dicimus, appellationes admittendas, quia hic maximum verſatur præiudicium. Sed quid ſi dubium & contentio incidat inter

partes

partes de hac re, Actore dicente rem petitam valere 50. aureos, reo vero hoc negante? Reſpondeo, hoc caſu appellantem iurare debere, ſe malle perdere 50. aureos, quam principali cauſæ & appellationi renunciare. Et hoc latius habet Ordinatio, *folio 115. fac. 1. titul. 28. 2. part.*

Tertio fallit in legitimis priuilegiis. Nam ſi Principes vel Ciuitates à Cæſare impetrauerint priuilegia, vt multi fuerunt, ne ab illorum ſententiis appelletur, dummodo ſumma non excedat 200. vel 300. aureos. Iam vtiq; illa priuilegia obſeruantur, ſi modo Cameræ inſinuata fuerint. Sed quomodo inſinuatio facienda? Reſpondeo, Magnates & principes in originali priuilegia producere ſolere, ac deinde petere, vt ea pro inſinuatis habere velimus, **Vnd vns in Erkanntnuß der Proceß denſelben gemeß halten wollen.** Et ſolet copia in Cancellaria retineri, & plerunq; adiici, quod ipſi poſſint **ſich derſelben** in quantum de iure **gebrauchen.**

Infra paucis nonnullorum Principum Comitumq; priuilegia tribus verbis ſubiiciam.

Quarto fallit in prima inſtantia. Nam reum, qui hic conueniri poteſt ſimplici querela, vel alio pacto in prima inſtantia, etiam ratione nullitatis conuenire poſſum. Ita in cauſa Fel contra Aſſero.

Moguntinus habet priuilegium, vt à ſuis ſententiis non appelletur, ſi petita ſumma non excedat 400. florenos.

Palatinus 500. flor. Hoc fallit in der Vogtey Hagenaw. Quare iſta ad Imperium pertinet.

A Sachſen & Brandenburg Electoribus prorſus non appellatur, niſi ipſi forte in cauſa ſuſpecti ſint, vel ipſos cauſa concernat. Hoc priuilegium ratione Aureæ Bullæ ſibi vendicant.

A Ducibus Auſtriæ, Burgundiæ, & Lottaringiæ quoque ad Cameram non appellatur. Habent ſummam inappellabilem infra.

Duces

Duces Bauariæ 200. fl.

Duces Pomeraniæ 300. fl. in auro.

Duces Gülch 400. fl.

Epiſcopus Leodienſis in bonis immobilibus 1200. in auro. In mobilibus vero bonis 600. fl. in auro.

Nonnullæ Ciuitates.

Colonia 300. fl. in auro.

Lubeca 200. fl.

Francofurdia 60. fl.

Auguſta 400. fl.

Norimberga 600. fl. ſed perraro vtuntur.

Brema 600. fl.

Colmar 500. fl.

Münſter in S. Gregorien Thal 500. floren.

In prædictis priuilegiis adhuc ordine multa cõtinentur, q̃ ſcilicet appellantes præſtare coguntur, videlicet vt primo deponant aurũ, & iurent, ſe non calumnioſe appellare, nec non ꝙ appella-

tionem illam proſequi intra certum tempus velint. Quid igitur ſi appellantes iſta ignorent, vel ex aliis cauſis impediti iſtud coram iudicibus, à quibus non prçſtent, an etiam iſta præſtari poſſent in Camera? Reſpondeo, poſſe, idq; ſæpius fieri vidi.

Diligenter tamen notandum, quod dicta priuilegia non habent locum, neque attenduntur in Camera in cauſis ſeruitutum & competentiæ, vt videre licet in cauſa **Thumbcapitel zu Worms** contra **Mutterſtatt.** Sic quoque ſi priuilegium in iudicio per exceptionem non obiiciatur, vt exhibeatur ſaltem copia collationata; iam vtique cauſæ acceptantur & determinantur, non obſtantib. dictis priuilegiis. Sed hic incidit valde dubitabilis quæſt. Finge appellatum non opponere exceptionem, quare cauſa appellationis non debeat in iudicio Cameræ ventilari, & ſic voluntarie per litis conteſtationem ingredi litem, & deinde Aſſeſſores in referendo percipere cauſam eſſe deſertā vel ipſos

non

non poſſe eſſe iudices, quod ſit ſummæ Ordinationi non conformis, vel non appellatum intra decendium? Ego vidi fieri, quanquam durum, quod ex officio pronunciatum ſit, cauſam eſſe deſertam, inſuper appellantem in expenſis condemnandum, vt factum in cauſa Epiſcopi Spirenſis, qui pro intereſſe ſeſe intromiſerat **Wolff Herman** contra **Georgen Dilbern.** Et hoc verum, etiamſi per ſententiam ſecundam prima eſſet confirmata, vt decidit notabiliter Decius *61. conſ. in antiq.* Hoſtienſis *in cap. ex ratione. extr. de appellat.* Et rationem habet, quia ſecunda ſententia à non ſuo iudice lata, & tamen hoc habet rationem, quia vbi cauſa appellationis eſt deſerta, iam vtique in cauſa appellationis Aſſeſſores non poſſunt eſſe iudices, quare illa non eſt deuoluta, igitur etiam in eo, quod nullum eſt, in Camera nihil prorogari vel deſuper pronunciari poteſt. Et ideo etiam vidi, quod hoc caſu cauſa ad priores iudices remiſſa ſit, omiſſa appellationis cauſa, præſertim ſi

appellatus bonam cauſam habeat. Vide Clement. *ſi appellatus de appel.* Multis tamen hæc ſubtilitas iuris non probatur.

Secunda & poſtrema regula: In criminalibus cauſis non appellatur ad Cameram, *fol. centeſimo decimo octauo, fac: 2.* Hoc tamen fallit in multis, quæ ex gratia ſucceſſerunt in locum pœnæ. Denique iam colligamus, à quibus ſententiis ad Cameram appellandum.

Prima Regula.

Ab omnibus ſententiis diffinitiuis recte ad Cameram appellari poteſt. Et hoc procedit, ſi non ſolum cauſa principalis decidatur, ſed incidens vel præparatoria, aut alias præiudicialis cauſæ principali. Veluti, ſi ab Vſufructuario petam cautionem, iſque neget, ſe vſufructuarium, & ſic per ſententiam abſoluatur: vtique ab illa ſententia appellare poſſum, quia in rei veritate diffinitiua eſt. Nam licet principale negotium non definiat, tamen iſtum articu-

lum & iudicium illud prorſus abſoluit. Vide Bar. *in l. ſecunda. de appellation. recip.* Idem & in eo caſu dicendum, vbi quis à primo iudice ratione interlocutoriæ appellat. Etſi iam appellationis iudex pronunciet: Male appellatum & bene iudicatum: Iam vtique ab illa ſententia ad Cameram appellari poteſt. Quia licet quoad partem non ſit diffinitiua, tamen in rei veritate, quoad iudicem appellationis eſt ſentẽtia diffinitiua. Quare prorſus cauſa appellationis eſt abſoluta. Saly. *in l. penul. C. ſi aduer. rem iudicat.* Sed quæſtionis eſt, ſi iudex hoc pacto diffinitiua ſententia condemnet, condemno te in 100. ſi ille actor iurauerit, vel probauerit te illi 100. debere. Anne ſtatim appellandum ſit intra decem dies, vel expectandum, donec actor iuret? Reſpondeo, intra decendium appellandum, neque expectandum, donec iuramentum præſtetur.

Quocirca etiam deciſum hic à multis, quod ſi actor in hoc caſu poſt decendium præſtaret iuramentum, quod

tunc non poſſit appellari, *gloſſ. in ca. quod ad conſultationem. de re iud.* ſed Tatius fuit in alia ſententia. Hinc itaque ſequitur, quod ſi quis diffinitiua ſententia graue-tur, quod ſtatim viua voce vel intra decem dies ab illa in ſcriptis appellari debeat, non expectare aliam ſententiam confirmatiuam, & ſic ſecundum grauamen ex eadem cauſa. Ita in cauſa Dilbert/ contra Wolff Herman. Vide *Clement. quoniam. de appella.* Abb. *in c. præterea. extr. de appellat. in additio.* Et hinc appellationes locum habent tam in petitione, quam in poſſeſſorio iudicio.

Secunda Regula.

A ſententiis interlocutoriis, quæ habent vim diffinitiuæ ſententiæ, vtiq; ad Cameram ſtatim viua voce vel ex interuallo in ſcriptis vti in ſententiis vere diffinitiuis appellari poteſt, in Ordinat. *fol. 118.* Sed quæſtionis eſt, an hæc ſcriptura debeat eſſe authentica, aut ſuffi-

ciat eam eſſe priuatam? Et in iudicio Cameræ in cauſa Hanſen zu Franckenſtein contra Hans Wolffen deciſum eſt, ſufficere eam eſſe priuatam. Sed tamen ſi quis coram Notario appellat, eique ſchedulam appellationis porrigat, iam ſi illa non ſit inſerta inſtrumento appellationis, vel ſaltem in ſenatu exhibeatur cum ſupplicatione, iam ſane hic in iudicio Cameræ non decernũtur proceſſus. Sed rurſus quæro, quænam iſtæ ſententiæ ſint, quæ habeant vim diffinitiuæ? Reſpondeo, varias eſſe. Si tamen quis ordine eas videre velit, is legat Ancho. *in rub. de re iudicata, & ibidem* Ludoui.

Aliquas ego obiter, dum huic iudicio præfui, annotaui, & in quibus ſcilicet caſibus proceſſus decreti adiiciam. Hac tamen in re, quam rudi Minerua ſcripſi, nulli præiudicium fieri volo.

Primus caſus, vbi quis pronunciat, ſe iudicem competentem, vel incompetentem, vel alioqui remittit cauſam,

Secundus vbi iudex decernit præceptum de ſoluendo, ſi ſcilicet cum cauſæ cognitione factum, Franc. *in c. cum. ceſſante de appell.* Bart. in *l. non fatetur. ff. de confeſſis.*

Tertius, vbi ab attentatis appellatur.

Quartus, ſi Rei appellatio pronunciatur deſerta.

Quintus, vbi quis pronunciat, non eſſe reſpondendum libello tanquã inepto. *Abbas. in cap. peruenit, de appel.*

Sextus, vbi quis ab obſeruatione iudicii vel ab inſtantia abſoluitur, *vt auth. habita. C. ne fil. pro patr.*

Septimus, vbi à Senatu vel alio Principe ſuo ſubdito mulcta extraiudicialiter indicitur, Ita factum in cauſa Sibern contra Cöln.

Octauus, vbi à ſecundo decreto appellatur, Bart. *in l. 2. C. de appel. recip.*

In hiſce & ſimilibus locis non eſt opus, vt cauſa appellationis expreſſe in libello inſeratur, vt & in ſententiis vere diffinitiuis conſtitutum eſt.

Ter-

Tertia & poſtrema Regula.

A ſententiis interlocutoriis puris non poteſt appellari. Vbi vero grauamẽ in appellatione expreſſum, per appellationem à diffinitiua in cauſa principali lata reparari vel reduci non poteſt, iam appellatio admittenda, in Ordinatione *fol.118.*

Idem eſt, vbi poſt grauamen non expectatur ſententia diffinitiua, Abbas *in c.ſuper.extr.de appellat.* Bart.*in l.2.extr. de appellat.* hanc tradit doctrinam, quæ pulchre concordat cum Ordinatione, Quando ſcilicet per appellationem à ſententia diffinitiua non poteſt reparari perfectè illud quod Iudex contra te decreuit quin aliquod prҫiudicium faciat. Hoc caſu appellatio ſemper locum habet. Ego nonnullos caſus ſubiiciam.

Primo, Vbi iudex pronũciat ſententiam exequendã. DD.in l.ab executione C.de appella.non recip.

Secũdo, Vbi reo denegatur exceptio vel

vel iuſta defenſio. *cap. conſtituta. de appellat.*

Tertio, vbi dilatio denegatur vel nimis anguſta conceditur.

Quarto, vbi quis ad locum ſuſpectum vel præciſe perſonaliter citatur. *Bartolus in leg. ſecunda, Cod. de appellat. recip.*

Quinto, vbi iudex non admittit probationes vel teſtes, dilationibus effluxis, & publicatis atteſtationibus. Item Bartolus *in dict. leg. ſecunda,* quam porro vide.

Sic, ſi tertio denegatur iuſtitia, admittitur appellatio. *Bald. in c. 2. vt lit. non conteſt.* Item à denegatione probationis conceditur appellatio. *gloſſ. in c. cum I. & M. extr. de re iud.* Denique à denegata audientia appellationem concedit, *cap. interpoſita. & ibi DD. de appell.* Idem quidam de comminatione etiam poſt decendium addunt. Franc. *in d. ca. cum ceſſante.* Quanquam itaque ex iis & ſimilibus cauſis appellari poſſit, tamen in hoc caſu ſemper appellatio in ſcriptis concipien-

cipienda, & grauamina expreſſe indicanda. Nam huiuſmodi appellatio ex aliis grauaminibus non poteſt nec debet iuſtificari. in Ordinat. *fol. 119. fac. 1.* Et ſic quanquam iuris ſit, quod ſemper prius punctus appellationis abſolui debeat, tamen in iudicio Cameræ ſæpius vidi, quod hoc tacite prætermiſſum ſit, vel ſaltem petente hoc appellato. Maxime ſi inſtrumentum exhibitum, & appellationi delatum ſit. Iam enim omnis poteſtas in iudicem ad quem eſt delata. *cap. cum appellationem. de appellat. in 6.* vt factum in cauſa Stummel cõtra Brauweder. Vide *cap. cordi. de appellat. in 6. & Bart. in l. 3. in fin. ff. de appel. recip.* Sed multis aliter viſum eſt, qui lites volunt eſſe immortales. Quare illi omnibus modis volunt, quod prius appellatio abſolui debeat. Et ideo vidi quod ab officio iniunctum, vt procuratores ſuper libello litem conteſtentur, vt procederetur. Ita factum in cauſa Sarduchs/ contra Quaden. Sed illa ſubtilitas nonnunquam aliis placebat. Si autem punctus

ctus appellationis id eſt grauaminis abſoluatur in Camera, & cauſa principalis nondũ deciſa ſit ideo ſolet in fine ſentẽtiæ adiici hæc clauſula, vt quoq; in principali cauſa in Camera procedant. Et hoc quoq; caſu, vbi pro appellante volumus pronunciare, ſcilicet in huiuſmodi appellationibus, iam ita pronunciandum, vt & adiudicemus, vt ſc. clare intelligi poſſit, qua in re ſuperior fuerit & vicerit. Ita deciſum in cauſa Thurn/ contra Mardoch. Iudæú. Deniq; ſciendum, malitioſe & friuole appellantem, non ſolum in litis expenſas, ſed etiam fiſco in aliquot marchas condemnari auri vel argenti, vt Zeheli accidit. Vel alio pacto vinculis ſci. puniri poſſe, ſi forte ſit pauper, idq; Luckert accidit. Nam cum ille nach Ermeſſigung puniretur, & præſens in iudicio eſſet, lictores eum ad carcerem perduxerunt, ibique aliquot dies pœnitentiam egit, & deinde dimiſſus eſt. Jacob Schmaltz in vnam marcam fiſco condemnatus eſt, Vide *ſ. 2. C. de Epiſc. aud.*

Ad

Ad Rubricam eiuſdem tit.28.

Iohannes Andreæ *in c.Roma.§.ſi vero de appellat.in 6.* dicit quod caute appellantes portant ſecum ſententiam diffinitiuam & interlocutoriam, & ipſam appellationem, vt appareat ex iis eſſe appellatum intra decem dies. Et ſubdit ibidem Franc. quod hoc nõ ſolum non eſt mutatum, quin etiam neceſſarium per illum text. Nam alias non præſumitur appellatum infra 10. dies, niſi probetur. Et ſic antea non eſt fundata Iuriſdictio Iudicis, vnde ante procedere & inhibere non poteſt. Et ita obſeruat Camera vt plurimum, niſi cum appellans refert ſe deſuper ad acta producenda. Tunc enim ſuo periculo decernitur citatio, & aliquando etiam inhibitio.

Caſus in quibus ſententia ſine appellatione retractatur & ſic nunquam tranſit in rem iudicatam, notat D. Alexand. *remiſſiue ſup.gl.2.l. admonendi ff. de iureiuran.*

S:

§.1. Es ſol nicht allein.

Nota ex hac litera, quod non ſolum ab ordinariis ſed etiam extraordinariis iudicibus appellatur ad Cameram. Sic etiam à Commiſſariis Cæſaris, vigore & ratione Ordinationis datis. Secus videtur in aliis delegatis Cæſaris, à quibus ad ipſum delegantem appellatur.

Ad §. Vnnd ſonderlich ſetzen.

Admittitur hic cumulatio ſortis & cenſuum, ad fundandam iuriſdictio- Cameræ: Als wenn einer von wegen 42. flor. fürgenommen in ſorte, vnnd weren cenſus 8. oder 9. flor. facta enim cumulatione ſortis ad cenſus integra ſumma euadere poteſt. *per l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Et ita iudicatum in Camera ſæpius.

Ad §. Item nach dem. *ibi*, Doch ob ſich jemandt an dem.

Nota, quod hæc appendix videtur eſſe

eſſe obſcura & non facilè practicabilis in Camera, quod alias omnes cauſæ criminalis per modum nullitatis traherentur ad Cameram, & inſtituto proceſſu impedirētur executiones, & ita remanerent vitia impunita, aut ſaltem pœnæ commeritæ differentur: vnde ita intelligi debet, quod nulla penitus in criminalibus appellatio recipiatur etiamſi quis nullitatem prætendat. Et hoc ob cauendam proceſſuum criminalium ſuſpenſionem. Sed ſi quis principaliter in Camera tanquam coram Superiore velit nullitatem proſequi, hic poteſt & ei decernitur citatio ſolum, Et hoc ſine aliis mandatis & inhibitionibus. Et hoc intellige in ſententia condemnatoria non abſolutoria. *iuxta Iacob. de bella pertica in ſua practica criminali, tit. de quæſtio. num. 85. & 86. argum. l. penul. § fin. C. decur. lib. 10.*

Item ibi Sein vnerfordert vnd vngehindert.

Nota hunc articulum vt iudicatum

eſt in pleno ſenatu Cameræ procedere in reo accuſato vel inquiſito, non in accuſatore: veluti ſi patet accuſatum nulliter abſolutum, &c. Et hoc verum niſi forte ipſi ex proceſſu, vel ſententia immineret pœna talionis & corporalis; quo caſu eadem foret ratio quæ in accuſato.

Et ita denegati ſunt proceſſus concurrentibus etiam aliis cauſis Knippingen contra Walrat/ *12. Iunii anno 50.*

Contrarium fuit obſeruatum, in cauſa Annen Zimmermanns contra Foelix Werdenbergk / vbi reo homicidæ, Rotweile delatum fuerat iuramentum, quod occiſus prior percuſſiſſet, &c. iurauit, & abſolutus eſt: Ipſa impetrauit citationẽ ſuper nullitate: fuit exceptũ, de incompetẽtia, & quod nullitas non deuolueretur: Sed illis non obſtantib. impoſita eſt illis litis conteſtatio *15. Iun. Anno 43.* & demum diffinitiue pronunciatum das nichtiglich geurtheilt vnd die Sach für den ordenlichen Richter zu remittiren/ꝛc. Et hoc exemplum allegauit

Viſch

Viſch in cauſa Matthis im Hoff / contra Leinigen *26. Iunii anno 38.* vbi in pleno ſenatu fuit diſputatum, an cauſa criminalis per viam nullitatis poſſit in Camera tractari: Viſch Reſpondit, quod ſic vt ſupra citans Bart. *conſ. 225.* Alii plerique cõtra ſenſerunt, quod hodie ſic deciſum eſt, prædicta ex ꝓtocollo Neſeri.

Ad §. Item: Als täglich / *Ibi:* ſo ſol hinfüro.

Phil. Franc. *in c. cum abſentem. extr. de appell.* ponit 26. formas interlocutoriarũ de quib. ac quæ ſint interlocutoriæ habẽtes vim diffinitiuæ, quomodo cognoſcantur, ac etiam regulentur, an ſecũdum interlocutoriarum, an vero diffinitiuarum naturam & earum plura exempla vide late per Felin. *in rubr. extr. de re iud. & infr. libr. 3. tit. 29. aliqua exempla habes.* Ab interlocutoria, qua quis pronunciat ſe iudicem competentem, ad ſuperiorem legitime appellari poteſt, *Bart. in l. 2. num. 10. ff. ſi quis in ius voc. non ie. l. ab arbitrio, ff. qui ſatiſd. cog.*

Lites enim ſine omni ſuſpicione tra-

ctari debent, ſed & à termino nimis breui à iudice in citatione vel alias præfixo iuſtę appellatur *cap. 1. de dilat. & ibi Panorm.*

Ibi, Durch die Appellation von der Endvrtheil.

Quid autem de appellationibus extraiudicialibus: certe non recipiuntur in Camera contra eos, in quos Camera non habet iuriſdictionē immediatam, quia non ſunt proprie appellationes, ſed magis prouocationes ad Cameram vel Iudicem ſuperiorem, ad quem prouocati tenentur venire. Sicut ergo non poſſunt citari, ita nec etiam appellare argum. *c. cum ſit Romana extra de appellat.* & quod Bart. notat *in l. de pupillo, §. ſi quis de nou. oper. nunc.* & de appellationibus extraiudicialibus, vide per Bart. *in l. fin. ff. de appell. recip.*

Et hoc caſu non remittuntur partes ad iudicem priorem, quia abſolutio nō eſt deuoluta, non poteſt etiam Iudex

Came-

Cameræ eſſe iudex ad remittendum. Sed ſimpliciter pronũciatur appellationem non eſſe deuolutam condemnando appellantem in expenſas. Sed quando appellatio à diffinitiua eſt deſerta, remittitur executio ad priorem iudicem. Hoc eſt contra textum *in cap. Romana*, §.*fin.extra de appellat.in 6.* Vbi fit remiſſio ad iudicem priorem, ſed ibi non pronunciatur ſuper deuolutione, ſed ſuper puncto appellationis male appellatum.

AD TIT. XXVIIII.

Wie vnnd welcher Geſtalt die appellationes an das Käyſerlich Cammergericht ge- ſchehen ſollen.

Quomodo & qualiter appellandum ad Cameram. fol. 116.

PRIMA REGVLA.

APpellatio in Camera non acceptatur niſi gradatim ſit facta. Primo

hæc regula fallit ſi inferior iudex appel lanti manifeſte deneget ius, Secundo ſi ſuſpectus in cauſa. Tertio, ſi alioqui ex iuſta cauſa non poſſit eſſe iudex. Quarto ſi non velit eſſe iudex, vtpote, ſi cauſam ad Cameram remittat, idque ſæpius vidi fieri. Bremenſis enim Hildesheimenſis & Monaſterienſis Epiſcopi hoc plerunq; facere ſolent. Vide præterea adhuc limitationes ad hanc Regulam apud Franc. *in c. Romana de appel. in 6.* Et talis remiſſio tam fit in cauſa appellationis, quam ſimplicis quærelæ, vt fieri vidi in Capitulo Hamburgẽſi, ſed finge huc gradatim appellatum non eſſe, an etiam appellatio hic acceptanda ſi pars nihil opponet: Reſpondeo, non eſſe acceptãdam, ita iudicatum in cauſa Hatzfelt contra Ley.

SECVNDA REGVLA.

Intra decem dies appellandum, neq; hoc tempus à iudicibus abbreuiari aut prolongari poteſt. Et hoc tempus ſtatim

tim incipit currere à momẽto latæ ſententia. Ab appellante hoc ſemper probandum quod ſcilic. intra dictum tempus appellauerit *Franc. in d. c. Romana.*

Appellationes vero à die ſcientiæ, in Camera non facile acceptantur, niſi quis habeat pauperrimum procuratorem, vel prorſus nullum procuratorem apud Iudicium, veluti ſi quiſpiam forte pro ſuo intereſſe appellauerit, idque indies præſertim à Principibus fieri ſolet, *vide Authen. hodie de appellat.*

TERTIA ET VLTIMA regula.

In præſentia iudicis vel eo abſente coram Notario & teſtibus appellari, etiamſi ea iudici non inſinuetur poſſe. *fol. 119. fa. 1.* Sic itaque hic in Camera acceptantur appellationes, etſi Apoſtoli non dati vel petiti, inſinuatioque iudici non ſit facta. Hoc tamen caſu, ſi iudex in cauſa vel ad executionem procedat, nequaquam videtur attentare

neque iſta vt attentata reuocari poſſunt.

Conſultius itaque eſt, vt ſemper Iudici inſinuetur appellatio. De appellatione alternatiua vide gl. bonam *in cap. ſi is cui, ff. de offic. deleg. in 6. Spec. de appell. in §. nunc tractemus, verſ. quid ſi dicat.* Sed quid ſi ab vtraque parte ad diuerſos appelletur: Dic iuriſdictionem maioris abſorbere iuriſdictionem minoris *cap. ſi ex duobus, extra eod.*

Ad §. 1. ibi, Der Sachen verwand oder ſonſt.

Remiſſio ad ſuperiorem fieri non debet niſi ex iuſta cauſa, *l. 3. C. de ped. iud. l. 1. & ibi gl. C. de rela. Spec. de remiſſionibus, §. nũc videamus,* Dañ da der mittel Richter der Sachen verwandt würdt / zum obern Richter appellirt / ſic Ioannes Lanus contra Iacobum Britz immediate à ciuitate Cölln an der Spree / ad iudicium Cameræ appellauit, & non ad Electorem Brandeburgenſem, quia ſuſpectus

ſpectus & cauſa coniunctus fuit, *menſe Ianuario Anno 51.* & recepta eſt talis appellatio reiectis exceptionibus de gradatim appellando. Idem factum in cauſa Walſtudt cõtra Puettelm, & Ducem Cliuenſem pro intereſſe *21. Maii, Anno 54.*

§. So ſollen auch die appellationes.

Hi decem dies currunt non obſtante vlla compromiſſione ſuo pacto partium, *ita Guido Papa deciſ. 115. & conſilio ſuo 184. Idem tenet Abb. in conſ. 77. in ſecunda parte per pulcras rationes.* Item currunt à die latæ ſententiæ aut recitatione. Et ſic hodie fit computatio de momento in momentum. Vt & ſupra meminimus *Authen. hodie C. de appell.* Et vniformiter hoc tempore decendium habet in omni appellatione ſiue in iudicio ſiue ab actu extraiudiciali. De quo fuit olim magna contentio, hodie eſt expeditum, *per c. concertationi, extra*

de appellat. in 6. vide Ange. *in l. 1. §. biduum, ff. quando ſit appella.* & ibi Paulum Caſtr. qui dicit quod omnia, quæ olim in biduo vel triduo locum habebant vel non currebant ignoranti, de momento in momentum habeant hodie locum in decendio *ſecundum gl. & DD. in d. Auth. hodie maxime per Bald. ibidem Idem tenet Spec. §. reſtat, verſ. ſed nunquid dies de appella.* vbi dicit, quod vndecimo die appellari poſſit dummodo ante horam vel momentum latæ ſententiæ, id eſt, die quo tantum temporis reſtat ad complendum decendium, quid autem ſi reperiatur in inſtrumento vndecimo die appellatum, ſed nihil de hora, certe non valet niſi probetur intra decimum diem appellatum: Ita Ioannes Andr. in addit. ad Spec. *de fide inſtrument. §. breuibus, circa prin. & ſequitur Caſtrenſis in d. §. biduum, vbi dicit ſe de facto habuiſſe.*

Nota: licet conſtet de appellatione interpoſita, non tamen præſumitur intra decendium appellatum, niſi probetur.

tur. Ita eſt textus & ibi omnes DD. *in c. Romana, §. ſi vero de appellat. in 6.* Et antequam de hoc certus ſit fidus iudex, non poteſt procedere vel inhibere.

Ad §. Wo aber von andern interlocutorien.

Duplicem affectum appellationis ab interlocutoriis vide per Ferar. *in forma appellationum ab interlocutoria in verbo cauſis & rationibus, verſ. rurſus quæritur qualis ſit effectus.* Ibique quando Iudex pronunciat appellatum bene, tota principalis cauſa deuoluitur ad eum, *c. vt debitus extra de appellat.* Item ſi ſaltem pro parte male iudicatum pronunciet. Imo quoties ei viſum fuerit expedire, expedito tamen puncto appellationis *c. cordi, §. poſthac de appellat. in 6.* & hoc ſæpe practicatur in Camera, vt in cauſa Riedeſel contra Germerſchheim *20. Auguſt. anno 39.* & in cauſa Abt zu Brauweiler contra Steffan Hinnel *3. Martii, anno 44.*

Item

Item deuoluitur etiam cauſa principalis, ſi Iudex ſponte detulit appellationi ab interlocutoria. *Ferar. ibidem, Felin. in d.c. vt debitus.*

Sed an iudex omiſſo puncto appellationis poſſit in principali procedere. vide Phil. Franc. *in d. cap. cordi, §. poſt hoc Decius in d.c. vt debitus,* Certe non videtur *per c. Romana. in prin. de foro comp.* Niſi aliud ſit in clericis & aliud in laicis. Quod verum eſt, quia de horum conſenſu appellati tamē inuito appellante poteſt iudex omiſſo puncto appellationis procedere in cauſa principali etiamſi per viam ſimplicis querelæ non poſſit eſſe iudex. Ita tenent DD. quos late refert & proſequitur Philip. Franc. *in d. §. poſt hoc per illum textum, contra Dominicum ibidem.* Secus videtur tenere Decius *in d.c. vt debitus.*

Ibi: So ſol ſolche Appellation in Schrifften.

Et hoc ſecundum iura Canonica *per Cle-*

clement.appellanti.de appella. De iure autem ciuili aliud eſt.

Primo quia cauſa non eſt exprimenda in appellatione ab interlocutoria. Secundo quia iuſtificari & impugnari poteſt ex nouis cauſis in appellatione deducendis, vtrumque probatur *in leg. generaliter, § ſed iuramento. C. de reb. cred.* Vbi Ang. dicit: In terris Imperii ius ciuile, & in foro Eccleſiaſtico ius Canonicum obſeruandum. De hoc vide etiam Ferrar. *in forma appellationis ab interlocutoria in verbo cauſis & rationibus, verſ. vnde quæritur.*

Ad §. Item ſo ſol einem. *Ibi.* So aber ſolche Appellatio.

Notandum ex hoc articulo quod in Camera non recipiuntur appellationes coram Notariis factæ ex interuallo niſi in ſcriptis ſint factæ & ſchedula appellationis inſtrumento Notarii inſerta ſit. Non ſufficit igitur atteſtatio-

Notarii in inſtrumento ſuper appellatione coram ipſo facta ſine ſchedula, & ita ſæpe eſt obſeruatum. Et hoc verum etiamſi atteſtatur in ſcriptis coram Notario appellatum, niſi dicat in his ſcriptis *vide Spec. in forma libelli appellat. §. 1. verſ. & notabil.* Quid autem ſi in actis primæ inſtantiæ dicatur in ſcriptis appellatum, neque appareat ſcriptura? vide Innoc. *in l. ſciendum de verb. oblig.* vbi in ſimili de mandato.

Ad §. Wa auch die weder Gericht. *ibi:* Ehe vnd zuuor jr appellat.

Vt plurimum requirũtur iuramẽta quod appellãtes iurent, ſe non temere aut ad differendum negotium appellare, & talia iuramenta a lege vel Statuto & parte requiſita etiam per hæredes poſſunt præſtari: Licet aliud ſit in neceſſario vel iudiciali iuramento, vide *Bald. in l. ſi quis per alium, §. fin. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi & poſt gloſſam, ibidem:*

ibidem, Romanus in lege ait prætor, §. iurari ff. de iureiur.

Item ibi. An jhren Appellation kein Verhinderung.

Sufficit quod appellantes offerant ſe huiuſmodi priuilegiis in petitione Apoſtolorum ſatisfacturos, & ſic per eos non ſtat. Nam ſi iudices à quibus non recipiant nihil obſtat appellantibus, qui plerunque etiam in Camera recipiuntur & admittuntur ad ſatisfactionem ſeu pręſtationem illorum requiſitorum. Et ſi non poterunt pignora vel fideiuſſores dare, etiam in Camera admittuntur ad iuratoriam cautionem mediante iuramento. Ita pronunciatum eſt in cauſa Clemoren contra Hans Mathis, *28. Auguſti anno 51.*

AD

AD TIT. XXX.

Inn was Zeit eine jede Appellation an dem Käyſerlichen Cammergericht anbracht werden ſol.

Intra quod tempus appellationes in Camera adduci debeant.

PRIMA REGVLA.

IVdex ſiue det Apoſtolos ſiue non, poteſt terminum vnius, 2. 3. 4. 5. & 6. menſium & non vlterius dare, extrahendi inſinuandi & reproducendi appellationis citationem.

Quid ergo ſi iudex ita certum tempus conſtituat: Die Sach anhengig zu machen vnd zu volnziehen / auch jhme das fundt zu thun/ Reſpondeo, Iudicem inferiorem quidem tempus, vt ſupra diximus appellanti præfigere poſſe, non ideó tamẽ ſuperiori Iudici legem præſcribe-

ſcribere, intra quod tempus illic cauſa appellationis abſoluenda ſit. Itaque ſi infra præſcriptum tempus citatio petatur & reproducatur, iam neque illam ratificationem curãdam, vt nuper cauſa Zinziden deciſum eſt.

Sed quęro, ſi intra pręſcriptum tempus appellans acta exhibeat, & citationem nequaquam producat? Reſpõdeo me vidiſſe, quod iſta cauſa acceptata ſit in iudicio Cameræ, idque factum in cauſa Halle contra Glinden. Sed iuſta cauſa illic adducta eſt. Quocirca etiam conſtitutum eſt, ſi quis tantummodo appellet, & ei forte conſtituatur certum tempus, & deinde fraterne amiceque incipiat vel per compromiſſum agi cauſa, quod tum illud tempus, quo ita tractatur cauſa non ſit appellanti deducendum vel numerandum *capitu. quandiu de appellation.* Sic obſeruaui in cauſa Wüſteinen contra Engelbrechtin.

Hoc tamen ſi ab aduerſario negatur appellans cogitur probare vti quoque

appellanti iniuncta eſt probatio in cauſa Guntenbergk contra Hans von Sandel. Sed ſi quis per iudicem vel nuncium forte impeditus, quo minus ſuo tēpore citatio reproducta, iam vtique appellanti hoc non eſt imputādum. Hæc tamen vt diximus ſemper ab appellante probanda ſunt. *l. præſes, & ibi Bart. C. de appell.*

SECVNDA REGVLA.

Si iudex appellanti nullum præfigat tempus iam appellans habet ſex menſes. Quid ergo ſi propter diſtantiam loci intra illud tempus Citatio reproduci non poſſit, iam vtique appellans prorogationem petere poteſt, ita obſeruaui vltra ſex mēſes ab Ordinatione præfixos adhuc duos permiſſos, in cauſa Deß Adels vff Jaßmant contra Philip Hertzog zu Pommern. Cum quærerentur hyemis & niuium ſeuitiem longinquitatemque itineris. Sed finge iſtos 6. menſes elapſos, ita quod amplius prorogari

rogari nequeant, quia non entis nullæ ſunt qualitates? Reſpõdeo hoc caſu appellantem ſi modò in conſilio per ſupplicationem iuſtas cauſas adduxerit, q̃ adhuc lõgiori tempore opus habet, petere poſſe citationẽ contra aduerſariũ, ad videndum ex dictis cauſis ſe reſtitui, *c. ex ratione ext. de appel.* ita factum in cauſa Türck contra Moniales in Lomeren Et hoc etiam ſi tempus effluxum ſit.

Praxis.

Vbi autem hoc pacto petitur reſtitutio, ſcilicet, ex iuſtis cauſis & impedimentis, non requiritur ordo iuris, libellus litisue conteſtatio, ſed ſummariter de hoc articulo cognoſcitur, & ſi cauſæ probatæ, cõceditur longius tempus: Alioqui in reſtitutionibus proceſſus & litis conteſtatio requiritur *Abb. in c. fi. ext. de offi. iud. ſed cum in c. ſancimus, quo temp. mil. in vſib. feud.* habeatur, q̃ in cauſis feudorum intra ſex hebdomadas Citatio extrahenda dubitari poſſet, An illud tempus per Ordinat. corre-

ctum ſit, hic ſubſiſto. Veriſimiliter dici poſſet cum Ordinatio generaliter loquatur, correctum eſſe. Sed tamen Ordinatio contrarium *in folio 47.* conſtituere videtur. Supra tamen diximus ob ſpecialem caſum prædicta omnia inter tres menſes peragenda.

Sed dubito magis, ſi vna vel altera dies tantummodo circumacta poſt terminum, vel legitimam reproductionem, an cauſa pro deſerta habenda, Certe, ſummo iure pro deſerta habenda, poſt ſex menſes ſemel elapſos, tamen ex æquitate hoc caſu vidi bis, terue, quod cauſa acceptata ſit: Non enim leges ſemper tam acute volunt obſeruari, quin ſemper & æquitati & miſericordiæ multum tribuendum ſit: Ideoque vt dixi vidi cauſam acceptari, etiamſi aliquot dies poſt terminum Citatio fuerit reproducta, præſertim ſi appellans aliquam cauſam prætendebat vel in principali cauſa bono iure vtebatur.

TER-

TERTIA REGVLA.

Si intra prædicta tempora vt ſupra dictum citatio non reproducatur, iam appellatus poteſt petere vt appellatio deſerta pronuncietur, & principalis cauſa pro executione ad priores iudices remittatur.

Quid ergo ſi appellans vult hoc caſu iuramento aſſerere appellationem per ſuam infirmitatem, & non temerarie deſertam factam an audiendus ſit, Spec. *in titulo de appellat. paragrapho nunc breuit. verſic. quid ergo.* eum audiendum putat.

Sed quæro ſi appellatus nihil opponat deſertioni, ſed prorſus pũctum appellationis omittat, & in principali cauſa procedat, an Camera hoc caſu in cauſa principali iudicare poſſit: Et ſane videtur quod non, quia vt ſupra diximus principalis cauſa hoc caſu non eſt huc deuoluta. Repeto quæ paulo ante diximus. In tertio libro praxin docebimus. Et ratio eſt, in cauſa appel-

lationis prorogatio Iuriſdictionis non habet locum Bald. *in tit. de pa. conſtit. in verbo ſecundo mores & Felin. in capit. D. & C. de off. iud. delegat.* prædicta tamen non procedunt in cauſis pauperum: Nam cum horum acta hic prius perlegantur quam citatio decernatur, igitur plerumque impoſſibile quod iuxta Ordinationem reproducantur proceſſus, ita deciſum, *ſeptimo Martii, Anno 53.* in cauſa Preuſſen contra Capittel Arßbergk.

Ad eiusdem tituli rubricam.

Tempus proſequendæ appellationis non currit de momēto in momentum, ſicut tempus appellationis interponendæ: Nam in proſequenda appellatione non computatur dies in quo appellatio fuit interpoſita, Phil. Franc. *in capitul. ex ratione de appell. numero 5.*

§. I.

§. 1. Soll einem jeden Appellanten frey ſeyn.

Hæc conſtitutio militat contra ius commune, cum alias ſi Apoſtoli intra triginta dies à die latæ ſententiæ non fuiſſent petiti, appellatio fieret deſerta. *Bart. in l. eos, §. Apoſtolos de appellat. Clem. 2. eod. tit.*

Ibi: In Antwortung vnnd Gebung der Refutatorien.

Si Iudex dederit refutatorios, tamen poteſt terminum proſequendæ Appellationis præfigere: Canoniſtæ in *c. 1. §. poſthæc, de appel. in 6. vbi Gerninianus & Præpoſ. in c. perſonas eo.* Iudex quoque à quo abbreuiare poteſt terminum iuris, quo lapſo appellatio pro deſerta habenda. Et hoc verum ſi iudex in continenti terminum præfixit; ſecus ſi poſt dilationem ex interuallo. *Rota deciſ. 356. Canon in d. cap. perſonas, de appella. in leg.*

præſes, Cod. de appell. Rota deciſ.155. in nouis Spec. in § .nunc breuiter, col.5. num.19. titul. de appel. & ibi Apoſtil. & quando iudex terminum proſequẽdæ Appellationis præfixerit, ſatis eſt, quod appellans ad proſequendum iter arripuerit.

Ibi: Biß in ſechs Monat.

Hoc caſu antiqua Ordinatio dabat tantum quatuor menſes, & videbatur iudicem à quo non poſſe terminum præfigere, niſi cum Reuerentiales daret, de quo aliquando valde in Camera fuit diſputatum, & maioribus votis pro ea parte concluſum in cauſa Deſſen von Hoff / contra Radernachen / quod tenuit Innoc. *in cap. fin. de accuſat.* Contrarium tenet Spec. *de appellat. verſ. ſequitur videre, & DD. in cap. fin. & in cap. cum appellat. eo. tit. in 6.* & Dominicus ponens rationem, quia ſi appellatio eſt iniuſta, eo citius eſt terminanda. Et iſtorum opinionem approbauit hæc conſtitu-

ſtitutio noua, quæ videtur approbari in *capit. cum ſit Romana, in verbo recuſare, eo tit.* quam etiam tenet Philip. Franc. in *dicto capit. cum appellatio* contra Innoc. *in c. vt ſupra.*

Ibi: Von Zeit an der interponirten Appellation.

Iſti ſex menſes ad appellationis proſecutionem à die interpoſitæ appellationis currunt, vt ſupra dictum.

Nec ſufficit ſi appellans citationem in termino ſex menſium à iudice impetret & parti inſinuet, niſi etiam reproducat: Si enim terminus non ſit intra ſex menſes, ſed poſt lapſum illorum, reus ad comparendum non arctatur, nam reproductio cum effectu fieri debet, ſcilicet in termino, quo reus comparere tenetur, & per actum validum debet fieri proſecutio & reproductio, & litis pendentiæ, ſicut & alias per actum validum interrumpi

debet præſcriptio, ſecundum *gloſſ. in l. ſicut de præſcript. 30. vel. 40. ann. Alex. in rubric. C. de in ius voc. Et Baldus in l. 1. ibidem,* Et ita fuit iudicatum in Camera & appellatio non recepta *27. Octobris, Anno 42.* in cauſa Heinrich Meyer contra Margretam Dietz Wittwe, & conſortes. Nec ſufficeret parti tantum inſinuari per priuatam ſcripturam appellantis, ſi non iudicialiter introducat, prout in cauſa Commenthur zu Mergenthun & nobilium Schlech contra comitem de Hohenloe/ *27. Auguſt. anno 50.*

ſ. Würde aber durch den Richter.

In cauſis appellationum pro expediendis proceſſibus notandum eſt, oportere debito tempore appellari, & eandem etiam præfixo Ordinationis termino pro extractione proceſſuum introducere. Nam iis lapſis denegantur proceſſus. Quamuis igitur aliquando interueniant releuantia aut proba-

bilia

bilia impedimenta, quorum prætextu partes excuſant negligentiam, & exinde petunt ſuo periculo decerni proceſſus, tamen contra Ordinationem non admittuntur, ſed via appellationis denegatur. Sin autem ex huiuſmodi legitimis impedimentis peteretur reſtitutio contra lapſum tempus ad appellandum, ex tunc decerni & admitti ſolet ſola petitio, & ita decretum eſt ad ſupplicationem Der Pfenninger contra Pfeiden/ quia ſententia lata 17. Aprilis, demum in initio Nouembris appellare tentabat, excuſando ſe longitudine & difficultate itineris, quod illis locis glacies in mari exundet aliquot menſibus, quod nemo ſecure tranſire poſſit. Sed his denegatis proceſſibus tandem Reſtitutionem petierunt, quæ *8. Nouembr.* illis decreta eſt. Alius itē ex Liuonia appellans, petiit & impetrauit Citationē & proceſſus pro introducenda appellatione cū longo tempore & interuallo, ſc. trium menſium poſt inſinuationem. Et cum appellans timeret non poſſe repro-

reproducere, petiit iuxta prouiſionem & permiſſionem huius Ordinationis prorogationem attenta longinquitate & difficultate itineris, quod ei indultū & decretum fuit Daß dem Supplicanten auß fürbrachten Vrſachen vber die 6. Monat nach drey Monat prorogirt zuerkennt vnd zugelaſſen ſeyn.

Ibi: Vnnd im fall das von wegen.

Iſta prorogatio poteſt peti eo tempore quo citatio: petitur autem etiam poſtea, dummodo infra ſex menſes, quia poſt lapſum fatalium non poteſt fieri prorogatio, ſed opus eſt via reſtitutionis & ſic extraordinaria, quæ non facile fiet, cum partes habeant viam ordinariam prorogationis, iuxta hunc articulum niſi impediti ſint: & ſolet ita decerni: Seyn die fatalia auß fürbrachten Vrſachen / vnnd anſuchen vff N. Monat erkennt / erſtreckt.

Ad

Ad §. Vnd ſo als/*&c. Ibi:* So ſoll als dann.

Sententia ſuper deſertione Appellationis eſt interlocutoria, ſicut ſententia lata ſuper aliis exceptionibus peremptoriis, quia ſuper proceſſibus non ſuper negotio principali fertur. *Clemen. fin. de appellat.* Tamen requirit cauſæ cógnitionem & Citationem peremptoriam, *l. ſi contra maiorem, C. de appell. Bald. in l. eos, qui col. 2. C. eod. Adde infr. titul. 45. art. 1. lib. 3.* vide Rotam *in antiquis deciſionibus 125.*

Hoc verum cum appellatum eſt à grauamine aliquo: Secus ſi à diffinitiua vel peremptoria aliqua exceptione quæ vim ſententiæ diffinitiuæ habeat. Quia nil reſtat poſt deſertionem agendum, niſi quod prior ſententia executioni mandetur *Rota deciſ. 437. in nouis.*

Quod actor poſſit petere confirmationem ſententiæ tenent D/D *in tit. de confirmat. vtili vel inutil.* Vt refert & approbat multis rationibus & iuribus Petrus

trus de Anchor. *in Clemen. infr. de re iud.* vbi dicit hoc verum eſſe etiam de iure ciuili *allegat. leg. fin. C. quan. prouo. non eſt neceſſe.*

Ibi: Zu welchem er auch zu gelaſſen werden ſol.

Exceptio deſertionis etiam poſt litis conteſtationem admittitur, nec proſecutio appellationis deſertæ vim habet tacitæ prorogationis, ita *Anchor. & Canoniſtæ in Clement. ſi appellationem de appell.* Appellatio ſi eſt deſerta, iudex appellatus non poteſt pronunciare ſuper principali, quia deſiit eſſe iudex, etiamſi vtraq; pars fuerit appellationem proſecuta de facto, ſed poteſt pronunciare appellationem deſertam, *Caſtr. in leg. eos qui, C. de appell.*

Quod ſi obiecta fuerit deſertionis exceptio, & iudex ea nõ obſtante pronunciauerit ſe competentem, vtrum valeat proceſſus? Videtur q, non: quia iudex appellationis ea deſerta, iudex

eſſe

eſſe deſinir. Ratio: quia non eſt iudex, niſi in cauſa ad eum deuoluta: Deſertio vero impedit deuolutionem: itē deſertio finit inſtantiā iudicii, proceſſus autē fundatus ſuper inſtātia deſerta non valet, *l. properandum C. de iud. in fi.* Cōtrariū tenet Anch. *in Clem. ſi appellationē, de app.*

Ibi: Soll er in demſelben nit gehört werden.

Hoc forte propter defectum iuriſdictionis, quoniam cauſa eſt deſerta: Secus ſi ſit deuoluta & appellans contumax: Item ſi appellans omnino nō proſequitur appellationem, ſed eam deſerat, quod nunquā compareat coram iudice ad quem, ſed appellatus compareat & velit cauſam proſequi, non ſuper deſertione agere, tūc in contumaciam poſſet appellatus in principali cauſa procedere & petere priorem ſententiam confirmari, *Authen. ei qui, Cod. de tempore appellation.* Bartol. *in leg. ſi expreſſim, in fine de appellation.* vult, etiamſi non ſit appellatum quod poſſit

victor

victor coram ſuperiore ſententiam inferioris cōfirmari petere per rationem vt per eum, quæ ibi ſequitur Imola.

Remittirt vnd gewieſen werden.

Hoc intellige, ſi petatur executio poſt defenſionem, alias tantum pronunciatur ſuper deſertione & expenſis Cæterum appellatione deſerta prior Iudex exequitur ſententiam, vide per Bart. *in l. eos, col. pen.*

Nota, quod paupertas excuſat à deſertione, ſi illa perſecutionem impediuit. *Bal. in l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis caut.*

Secundo nota, quod propter compromiſſum vel partium conſenſu non currunt fatalia *Clement. quamdiu eo. titu. Authent. ſi tamen, Cod. de temp. appella. de quib. late Panor. in c. ex ratione extr. eod.* Et ſi appellatio eſt deſerta licet, vtraq; pars eā appellationē ꝓſequatur de facto vſq; ad ſententiā, tamē iudex non debet ſuꝑ

princi-

principali pronunciare; quod ſi facit, nulla eſt ſententia, tanquam à nõ competente iudice prolata: quia prior ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Pronunciare igitur debet, cauſam eſſe deſertam. Caſus eſt in Clement. *ſi appellationem. de appell.* vbi gloſſ. notat; & Caſtrenſis *in l. eos. C. eo.* Et hoc procedit, etiamſi partes expreſſe vellent prorogare. Ita habetur in deciſione Tholoſſ. 244. *in fine.* Idem Bald. tenet *in auth. hodie. C. eod. & in d. l. eos. col. 2.* Vbi dicit, notandum eſſe perpetuo. Et procedit d. Clement. ſi ab vtraque parte appellatio eſt deſerta: Secus ſi appellans eam deſerat, appellatus autem velit eam intra fatalia proſequi, forte reformandæ vel confirmandæ prioris ſententiæ, vel expenſarum cauſa. Ita Abb. *in c. ex parte. 1. extr. de reſcript. & in c. ſæpe contingit. de appell. num. 10.* Frider. de Senis. *conſ. 108.* Vbi dicit, quod appellatus debet infra terminum proſequi, ſi ſe præſentauerit iudici. *Vide deciſion. Tholoſ. 224. cum pulchra additione in fin. lib.* Limita tamen notabili-

X

biliter dictam Clement. *ſi appellationem:* niſi iudex ſe competentem iudicē pronunciaſſet, cauſam legitime deuolutā vel non deſertam eſſe. Tunc enim valet proceſſus in negotio appellationis, etiamſi reuera cauſa non ſit deuoluta, vel quia nulliter appellatū, vel ꝙ appellatio ſit deſerta. Ita tenent Innoc. Ioh. Andr. & Domin. *in c. 1. §. poſt hæc. & d. c. appellationem. de appel. in 6.* vnde ſecundū Imol. *in c. ſi duobus,* dicit valde vtile eſſe, quod ſemper iudex pronunciet expreſſe, ſe competentem. Quod licet alias procederet ad vlteriora ſi omnino in ea cauſa non eſſet iudex, nō reſultaret tacita pronunciatio ſe competentem, neq; valeret proceſſus, niſi oppoſitū contra eum de incompetētia. Tunc enim ſi procederet ad vlteriora, videretur ſe competentem pronunciare, vt voluit gl. *in l. 2. § ſi dubitetur. ff. de iud.* Sed quando non eſt oppoſitum, nūquam per proceſſum videtur ſe competentem pronunciare. Vide pulchre Philippum Franc. *in cap. Romana. § ſi vero. de appell. in 6.* Eundem

Franc.

Franc. *in cap.ſi duobus,columm.6.eod.titul: in decretis.* Adde Bartolum *in l.ſecunda: poſt gloſſam ibi.ff.ſi quis in iiis vocat.* Quia ſecundum eum à tali ſententia poteſt appellari. Quod ſi non fit, tranſit in rem iudicatam, Ergo, &c. Et ita obſeruatum in Camera in cauſa Winliß contra Mollen Peter / & in cauſa Radermacher contra Riedt & conſortes, 19. Maii, Anno 51. Adde etiam prædictis Petrū Anchor. *in Clement. ſi appellationem.* Item Rotam *dec.98.in nouis.* Vbi videtur contrarium decidere Guid. *deciſ.24.* Rot: *in antiq.deciſ.609.* Item Tholoſ. *244. cum ſua addit.* Vbi in fi. dicit Bal. contrarium tenere, cuius opinio hic probatur.

Ad §.fin. ibi, Vnd ſonderlich deſſen.

Ignorantia huius Ordinationis neminem excuſat, eſt pulcher textus, qui id in ſimilibus probat: *in leg.ſed etſi pupillus. §.præſcribere. de inſtitut. act.* & ibi Bald. concordat, & facit textus *in l. fina:*

ff.de decret.ab ordin.faciend. & ibi gloſſ.ſecundum Bolong. Eſtq; ſingularis ad hoc, quod non ſit tolerabilis ignorantia illius, quod publice notum eſt. Pro quo facit text. cum ſua gloſſ. *in l. cum tutor. C. de peric. tut.* & volens iurare contra non auditur. *gloſſ. eſt notabilis in cap. nulli. extr. de elect. in 6.* Sic cum Ordinatio vndique publicata & ſtatibus Imperii prælecta ſit, merito non auditur, qui ignorantiam eius allegat. Quod autem quis excuſetur errore vel ignorantia, vide apud Ferra. *in forma interro. in verb. compellatus reſpondere. verſ. 2. num. 2.*

AD TIT. XXXI.

Wie vnd welcher geſtalt die Richter erſter Inſtantz die Acta zu edirn ſchůldig/vnd daß derhalben wider ſie Compulſoriales am Cammergericht erkennt/vnd auff die Peen derſelbigen procedirt werden mag.

APpellantem intra decem dies apud iudicem vel ſcribam acta petere

tere debere, hocque facto eidem pro tolerabili mercede abſque compulſorialibus concedi debent. Secundo, iudices integra acta cum inſertione conſtitutionū edere debere, ibidem. Quid igitur, ſi hoc non faciant? Reſpondeo, tum iudices propriis expenſis hoc facere tenentur.

Praxis.

Procurator appellantis hoc per ſupplicationem in iudicio indicare debet. Vbi ſcilicet & qualiter acta non ſint integre exhibita: Imo & appellatus poteſt hoc conqueri & indicare, & hoc caſu iniungitur per ſentētiam vel appellanti vel appellato, vt intra certum tempus illud quoq; exhibeat, quod in actis prætermiſſum eſt. Ita factum in cauſa Stummel cōtra Brawweiler. Quid ergo ſi Acta forte combuſta ſint, ita quod nullo pacto edi poſſint? Reſpondeo, Si hoc iure doctum hoc caſu vidi, quod in Camera in principali cauſa proceſſum,

& ita factum in cauſa Funſpechs contra Huet/ 15. Maii, Ann. 51. in cauſa Prum contra Gutſtraw & Malchim / ibi acta non erant conſcripta, ſic itaq; non poterant edi, & Duces Mechilburgenſes huius rei cõſuetudinem allegarunt.

In actis diẽ cuiuſq; menſis & horam ſententiæ exprimendam, *fol. 120. fac. 2.* Acta Gallica tranſlata edenda, *fol. 121.* Et vſus obtinuit, quod in illis cauſis ſub pœna floreni Latine proceditur. Iudices primæ inſtantiæ iuſtam taxam in fine Actorum annotare debere, *fol. 123.* De hoc latius, vbi de expenſis taxæ agemus Imperatorem mandaſſe iudicibus ſub pœna viginti marcarum auri, vt ſine dilatione integra acta ſub eorum ſigillo edant, *folio 122.* Sic itaque non ſufficit, quod notarius publicus ea ſubſcribat. Ideo quoq; vidi mandari, quod huiuſmodi acta ſub ſigillo iudicis exhiberet. Quod tamen, vbi ſemel agnitum eſt, in iudicio etiamſi corrumpatur, nihil periculi eſt.

Si vero in Senatu acta ſigillata, aperta iam

ta iam recognitio non videtur neceſſaria, in cauſa **Langen** / contra **die Zehende Meyer** / & in eadem cauſa iudex tantummodo exhibitalhæc tranſmiſit, & ſic non ordine conſcripta acta: Tamen cũ hic nihil oppoſitũ admiſſa ſunt & ꝑpter paupertatem inferior iudex hoc feciſſe videtur. Quid ergo ſi iudices vel dicto edicto Cæſaris, vel forte emiſſis compulſorialibus non obtemperent? Reſp. tum fiſcum pœnam edicti appellantem vero pœnas compulſorialium exigere poſſe, certũ eſt, tum etiã tenetur refundere omnes expenſas & damna quæ appellans ideo perpeſſus eſt, *fol. 122. fac. 2.* Notabis tamen, quemlibet compulſoriales vna cũ citatione petere poſſe etiam contra tertiũ, qui penes ſe forte illa acta habet. Si autem hoc non fuit, iam procuratores partibus indicare debent quod ipſi apud iudices acta petant, vel ſaltem documentum impetrent à iudicibus, intra quod tempus acta exhibere velint. Et ſi hæc prætermiſſa fuerunt, iam ſi in primo ſaltem termino ap-

pellans non petierit & accepit compulſoriales, iam petente appellato, vtique à citatione abſolui debet, *fol. 122. fa. 1.*

Praxis.

Non tamen hoc tam ſeuere obſeruatur, quia etiam hic plerunque dantur duæ comminationes, ſimplex & finalis, & deinde adhuc euentualiter vel conditionaliter, ſi ſcilicet adhuc intra 14. dies Acta non exhibuerint, quod iam nunc prout ex tunc emanata & reproducta citatione abſolutus eſſe debeat. Sic quoque quod diximus, compulſoriales contra tertium etiam dari poſſe, intelligendum puto, videlicet ſi ille tertius immediate ſub Camera ſit: Alioqui putarem literas mutui compaſſus decernendas. Huiuſmodi enim literę paſſim contra eos quoque decernuntur, in quibus prorſus nullam habemus iuriſdictionem. Quocirca ego vidi quod tales contra ciuitatem Antuerpienſem decreti ſint. Eodem quoque

pacto decernuntur contra Eccleſiaſticas perſonas, ſi non ſint Principes vel Prælati, qui feuda ab Imperio habent. Contra hos enim putarem & compulſoriales decerni poſſe. Sed in cauſa Melleſt contra Melleſt vidi dictam regulam non obſeruari. Quare illis compulſoriales & non literę mutui compaſſus decretæ erant. Sic illic forte fuerat erratum. Nam iuris eſt, & ſic obſeruaui, quod vbi contra tertiũ aliquid petitur, quod forte acta vel alias literas, quę forte ad cauſam faciant, exhibere debeat, quod hoc caſu non fuerit immediatę ſub Imperio nequaquam compulſoriales, ſed mutui compaſſus, vt diximus, decretæ ſunt literæ; ad illum iudicem, ſub quo ille agit. Et iſte eum compellere debet, quo dicta acta vel inſtrumenta exhibeat.

Quid ergo, ſi hic qui ita compellitur per iuramẽtum per ſe vel per ſuum procuratorem præſtandum iurare voluerit, ſe illa inſtrumenta neq; vidiſſe neq; legiſſe, neq; poſſidere, rupiſſe, abieciſ-

ſe, vel alio pacto dolo deſiiſſe poſſideret Reſp. ad hoc eum admittendum, & vbi hoc in iudicio præſtitum, iam per ſententiam abſoluitur, & vlterius mandata contra eum non decernuntur.

Quid igitur ſi neque hoc iuramentum præſtare velit, vel forte non poſſit, neque ſuo tempore exhibeat acta vel literas. Iam hoc pacto in iudicio Cameræ procedere ſolemus. Primo, procurator debet reproducere compulſoriales executas. Secundo, debet quoq; exhibere inſtrumentũ requiſitionis. Ita deciſum in cauſa Heſſen contra Capit. ad S. Victorem zu Meinß. Contrarium tamen vidi obſeruari in cauſa Gerckens/ contra Pfeiffer. Prædicta tamẽ non credo locũ habere, ſi ex inſimulatione vel alioqui manifeſtum eſſet, iudicem non velle edere acta. Putarem itaq; hoc caſu vlteriori requiſitione opus eſſe, & neceſſum eſt, vt ex cauſis & in ſcriptis petant arctiores vel vlteriores compulſoriales. Hæc nunc decernuntur, ſi iuſta eorum petitio reputata fuerit, & hic tamen

men

men prius dantur comminationes. Et vtiq; ſciendum eſt, ꝙ hoc caſu ii contra quos decernuntur arctiores compulſoriales, nullo pacto prius in pœnas prioribus compulſorialibus inſertas, vt in executionis cauſis & aliis pœnalib. mandatis fieri ſolet condemnantur, ſed tantummodo per arctiores cõpulſoriales eis ſub pœna banni adhuc mandatur, vt acta exhibeant, citanturq; in iiſdẽ compulſorialibus ad vidẽdum ipſos condemnari in pœnas priorib. compulſorialibus inſertas, vel cauſas ad ducendum, quare hoc fieri non debeat. Et ſi iam rurſus contumaces ſint, & non exhibeant acta tunc plerunq; primo euentualiter in dictas pœnas condemnari ſolent, & deinde decernitur citatio auff die Acht. Idem obſeruatur in arctioribus inhibitionibus, & hoc caſu ſolet petitio in ſcriptis exhiberi, in cauſa Wiltern contra Wiltern.

Illud obiter addendum putaui, quod acta in iudicio Cameræ ſemel exhibita non poſſunt, neq; debeant partib. quæ pau-

paupertatem iurarunt, & lata ſententia viciſſim communicari, alioqui quis facile perciperet, præſertim ſagaces illi procuratores ex annotatiunculis, quis cauſam illam retulerit. Ita deciſum in cauſa Mechelt Cleß contra Claeſen. Eorum tamen expenſis copias in Cancellaria petere poſſunt. Ita deciſum in cauſa Flecken Wittib contra Gerdoch Weberin.

Denique ſciendum, quod cauſæ appellationum, de quibus ſpecialiter in Ordinatione nihil determinatum, ſecundum ius commune decidi debent, Sic itaq; Ordinatio in cauſis & caſib. illis expreſſis derogare videtur iuri communi.

Ad §. 1. in princip.

Generaliter, quod ſemel in iudicio productum ſiue editum eſt, ab vna parte, id alteri parti ad eius petitionem communicari debet. *l. 1. §. edendo. ff. de edend. l. is. apud quem. Cod. eod.* Speculat.

de

de inſtrument. edit. paragrapho, Videndum reſtat.

Ad §. Vnnd nach dem ſich.

Acta originalia iudex, à quo retinet apud ſe, copias tamen edere tenetur ſub ſigillo publico vel iudicis, cum inſcriptione teſtium vel Notarii roboratas. *gloſſ. cap. cum cauſam. extr. de probat. cap. 1. § . ex parte. de reſcript. l. eos. C. de appell. vbi gloſſ.*

Quod ſi appellans compulſoriales obtinuerit, atque exequi fecerit, neque tamen acta prioris inſtantiæ à iudice conſequi poſſit, quia forte vel amiſit, vel quia appellatus detinet. Tunc poteſt petere mandatũ cõpulſoriale cõtra appellatum vt acta edat. Spec. *de inſtru. edit. § . reſtat.* Et tenet hoc expreſſe Alexand. *in l. is apud quem. C. de edend. num. 5. & ibi Bart.*

Ibi, Vnd dann Cammerrichter vnd Beyſitzer.

In Camera non taxantur Acta inferio-

riorum iudicum, niſi Curiæ & Senatus Rotvvilenſis ex antiqua conſuetudine, inde forte introducta, quod pars æſtimationis ſeu taxa ibi cedit Curiæ & ſenatui, vnde in propria cauſa viderentur taxare: Vel propter affinitatem, quam iudicium Rotvvilæ cum Camera habet. Alias non ſolet, quorumcunque iudicum inferiorũ acta taxare. Et proinde ſæpe remittuntur partes ad taxam ibi petendam. Et quando in iis ſæpe magis eſt culpa ſcribarum, quam iudicum vel ſuperiorum, ſine quorũ ſcitu ſcribæ ipſi taxant pro libitu: Ideo in huiuſmodi caſu aliquando ita promulgatum eſt: Iſt N. vnnd N. ſein begeren/ vnnd Moderation der Acten abgeſchlagen / vnnd mag der Supplicant derwegen bey der Obrigkeit oder bey dem Richter / der dieſelbigen geben oder ediren laſſen/vmb gebürlichs anſehens anſuchen/ꝛc. quia non videtur, quod hoc caſu Cameræ liceat vel competat taxa, niſi iudices quoque hoc peterent, & vltro ſe ſubmitterent. Facit etiã quod Ordina-

tio videtur intelligenda, ſi Notarii vel Scribæ ederent acta, & nō ipſi iudices, prout in aliquibus iudiciis fieri ſolet. Ita denegata eſt taxa Lintzenich contra Wilhelm Pfarnbachen.

Ad §. Es ſollen vnd mögen. ibi, Vnd andere.

Si autem non ſint petitæ compulſoriales, tunc procuratores tenentur monere partes, vt ante primum terminum ſollicitent acta, vel obtineant documentum requiſitionis, nota ergo, quod in decretis, vel interlocutoriis huius puncti non decernitur, appellantem teneri compulſoriales recipere, &c. ſed ſub hac pœna, niſi appellans doceat de diligentia, & requiſitis actis, quod tunc ad petitionem aduerſarii fieri debeat, quod iuris eſt; ſcilicet quod tunc decernatur abſolutio à citatione, Nam appellans ipſe vigilare & curare debet ſua, & non eſt monendus vel cogendus per iudicem. Et ideo

niſi

niſi hoc faciat, acquiritur aduerſario ius ratione deſertionis & negligentiæ.

Ibi, Sol als denn der Appellat.

Si vult, quia non cogitur. Attamen ſi compulſoriales vult, cogitur eos in primo termino accipere: Et ſi non impetret, habet ac fert pœnam hic annexam in verbo: Von der außgangenen Ladung abſoluirt werden.

AD TIT. XXXIII.

Von Vacantz vnd Feryen.

De feriis, fol. 123.

A 24. Decembris incluſiue vſque ad 6. Ianuarii etiam incluſiue ſeruandum eſt. Tamen vſus obtinuit, vt 2. 3. 4. & 5. Ianuarii, 8. hora ad conſilium eatur, ſaltem pro decernẽdis proceſſibus.

A Do-

A Dominica Eſto mihi vſq; ad Dominicam Inuocauit: Die Veneris tamen & Sabbathi quoq; 8. hora ad conſilium eundum. In profeſto quoq; Palmarum non itur ad conſilium.

A Dominica Vocem iucunditatis vſque ad Dominicam Exaudi ante meridiem ſunt feriæ. Die tamen Veneris & Sabbathi ad conſilium eundum, vt poſt meridiem audientia obſeruetur.

In profeſto Pentecoſtes vſq; ad Dominicam Trinitatis feriæ ſunt. Die Veneris tamen & Sabbathi in conſilium venire ſolent.

Ab 18. Iulii vſq; ad 14. Auguſti etiam incluſiue feriæ meſſium, tamen vſus obtinuit, vt deinde, qui tempore iſtarum feriarum apud iudicium manent, ſingulis ſeptimanis die Lunæ videlicet, Mercurii & Veneris, hora 8. ad decernendos proceſſus ad conſilium ire ſoleant. Tunc quoq; in poſteriori hebdomada audio cauſas referri, idque libenter Ordinatio admittit.

Deniq; in aliis celebrioribus feſtis feriatur: ſed tamen egregie datis actis, domi inſidendum, ſi aliquis multas cauſas referre, & ſuo officio ſatis facere velit.

In vltima audientia dictarum feriarum in iudicio in contumacialibus agi non ſolet. Idq; procuratores ad præcedentem audientiam etiam producere volunt, ſed non concedendum.

Vſus quoque obtinuit, quod in feſto Lanceæ ad conſilium non eatur.

Item in feſto S. Nicolai, Catharinæ, Conceptionis Mariæ, Natiuitatis, & Annunciationis. Fallit tamen in feſto Præſentationis Mariæ virginis. Iam enim itur ad Conſilium.

Item in feſto Inuentionis crucis, & in feſto Marci hic feriatur.

Item 9. Nouemb. ad dedicationem templi non itur ad conſilium.

In profeſto Purificationis Mariæ poſteroq; campana nos ad templum vocat. Item in Profeſto Aſcenſionis Domini.

TIT.

TIT. XXXIIII.

Daß das Cammergericht fürhin zu Speyer gehalten werden ſol.

FAllit, ſi ob peſtem vel bella imminentia tuto fieri non poſſit. Tunc enim iudicium alio per iudicem & Aſſeſſores transferri poteſt. Ideoq; ob hoc præſens plus quam ciuile bellum Germanicum hoc iudicium cum alio tranſferri tuto non potuit, ſuſpenſum eſt 24. Aprilis, Ann. 52. Eſlingam tranſlatum fuit ob peſtem, An. 55.

Ibi, Es beſchehe denn auß redlichen Vrſachen.

Ex iſto verſiculo ſtatus Imperii moti ſunt, Ann. 57. menſe Iulio Spiræ inquirere, & grauiter de iudicii tranſlatione deliberare. Et principalis habebatur diſputatio dominorum Aſſeſſorum cauſa, quandoquidem prædicti ſtatus

qui ius præſentandi habent, propoſuerunt quoſlibet doctos & iudicio tali digniſſimos viros de loci ſitu, caritate, & aeris intemperie multum conqueri, ac grauiſſime taliter qualificatos ad hoc muneris ſubeundum perſuaderi poſſe. Hac igitur difficultate perpenſa tam Aſſeſſorum ac Aduocatorum quam procuratorum vota & ſententias audiuere.

Aſſeſſores plerique tranſlationem cupiebant, aliqui Eſſingā, aliqui VVormaciam, pauci Ratiſponam, Procuratores præcipue, qui proprias ſibi comparauerant ædes, remanebant allegatis ſuis rationibus. In euentum tamen VVormatiam acceptabant.

AD TIT. XXXV.

Daß dem Cammergericht ſein ſtarcker Lauff gelaſſen werden ſol.

IVdicium Cameræ nulla re impediendum, quo minus regia via peragatur,

tur, omneſq; Principes huic obtemperare velle. At ſi contrarium fiat, vel forte aliq̃d contra impetretur, vel cõſtituatur, quod hoc caſu irritum eſſe debeat, quodq; Aſſeſſores hoc non teneantur obſeruare, acceptare vel obedire. Sic ego vidi, quod Dux Iuliæ in cauſa, quam contra Clerum Colonienſem habet, ab Imperatore impetrauit mandatum, ne in cauſa procederetur iudicialiter, cum ſcilicet ex conſenſu partium amice tractari deberet. Hoc autem vbi Clerus negauit, vtiq; in cauſa proceſſum eſt.

Vide ad hunc titulum quoque cauſam antiquam Ambroſii Dieder ichs/ contra Johann Strecken/ in qua Camera non obſtantibus quibuſcunque mandatis Cęſaris Maximiliani, imo nec banno contra Ambroſium edito proceſſit contra Strecken/ vſq; ad bannum, &c. In qua cauſa multa ſunt ſuper hoc articulo adducta & diſputata, de poteſtate Imperatoris plena: An ſc. ius tertio quęſitum poſſit aufferre? Et concluſum, quod non poſſit, niſi propter vtili-

tatem publicam. Sententia principalis indicta cauſa, id eſt, non dicta & non defenſa lata eſt, 16. Maii, Anno 1532.

AD TIT. XXXVI.

Von Gewaldt ferrer Fürſehung vnnd Declaration deß Cammergerichts Ordnung/ ſo viel den Proceß belanget.

Aſſeſſores ex cauſis proceſſuum ordinationis reformare & emendare vſq; ad futuram viſitationem poſſe.

LIBER TERTIVS ORDINATIONIS,

de proceſſibus Iudicii Cameræ tractat.

TIT. I.

Von Gerichtlicher Audientz zu welcher zeit/ vnd wie viel Tag in der Wochen dieſelbig gehalten werden ſol.

VSvs obtinuit, quod tantummodo ſemel in ſeptimana, die ſcilicet Sabbathi, ante meridiem coram iudice vel Comite, & quatuor Aſſeſſoribus, ab octaua hora vſq; ad decimam in cauſis fiſcalibus ſeruetur audientia.

TIT. II.

Von Abwechßlung der Audientz/ Ordinariarum & Extraordinariarum.

TIT. III.

Extraordinariæ.

Cauſæ extraordinariæ priuilegiatæ, & quæ ſint. Item/ wie viel Vmbfragen in einer jeden Audientz geſchehen ſollen.

NOtandum, quod in decretis, in quibus partibus vel procuratoribus ad faciendum aliquid iniungitur, ibi ſemper certum tempus adiici debet., quo hoc faciendum ſit, etſi nullum forte tempus adiiciatur, iam tacite cenſetur datum eſſe tempus ordinationis. Hoc tamen caſu nulla comminatio adiici ſolet. Vide Ordinationem. Si vero alicui iniungatur, vt in iſta audientia con-

concludat, aut litem conteſtetur, hoc vtique in eadem audientia facere debet aut certe puniendus, niſi forte releuantes adducat cauſas. Si tamen hic taceat iam aduerſarius, poteſt in continenti, vel vbi ordo ad eum perueniat, eius contumaciam accuſare, & ſi iam non conteſtetur litem, aut concludat, iam vtique aduerſarius petere poteſt, vt in contumaciam lis pro conteſtata cum eo accipiatur, vel concludatur. Ita factum in cauſa Cölln contra Walſdeck.

TIT. X.

Wie in den zweyen letzten Umbfragen Contumaciarum gehandelt werden ſol.

PRimo obſeruandum, quod procuratores iuxta terminum Ordinationis, id quod ſecundum formam Ordinationis facere tenentur, diligenter facere debeant, & ſi quidem hoc ab vno

prætermittatur, iam aduerſarii procurator poteſt eius contumaciam accuſare. Quod ſi forte ex negligentia aduerſarii procuratoris prætermittatur, quod ſic, vt diximus, contumacia accuſetur? Reſpond. iam hunc merito iuxta Ordinationem puniendum, verum ex conniuentia hoc prætermitti ſolet, vt Neſer dixit, maxime ſi in ea cauſa interea decretum aliquod latum. Sed finge, contumaciam ſic vere & legitimo tempore accuſatam, iam tamen is, qui ita accuſatus eſt, tantummodo ad proximam petit? Reſpondeo, hanc petitionem tanquam iuſtam admittendam, niſi tamẽ hoc ſæpius prius factum in eadem cauſa exiſtat. Sed pone hunc non ad proximam, ſed vlterius tempus petere? Reſp. hoc eũ facere poſſe dummodo hoc ex cauſis in ſcriptis quidem adductis faciat. Contra hoc autem ſcriptum ab aduerſario ſtatim per generalia excipi, & deinde concludi debet, & ferri ſententia, niſi aduerſarius petitum tempus voluntarie concedat.

Quid

Quid ergo, ſi ille iuxta datum vel forte præfixum tempus adhuc nihil agat? Reſp. iam ſe ſecūda vice in prima interrogatione cōtumaciarum ex cauſis, & quidem in ſcriptis excuſare debere, & ſic vlterius tempus petere poteſt. Contra hæc, vt ſupra diximus, per generalia concluditur, & rurſus decretum ſi vltro nihil concedatur, ferri debet.

Sed finge hoc caſu, ſe non, vt diximus, excuſare, & vlterius tempus petere? Reſp. ſi aduerſarius contra eum vlteriora petat, iã ipſum primo puniendum & nihilo ſecius ſup hinc inde facta ſubmiſſione decretum promulgari debet, præterea, ſi ita ſecunda vice vel ab aduerſario vel per ſententiã latius tempus conceſſum ſit, & rurſus intra hoc tempus nihil agat? Reſp. iam petente aduerſario, in principali negotio decernendum eſſe, quod rectum eſt, & inſuper ipſe procurator iuxta moderationem iudicis puniendus eſt.

Quid ergo, ſi adhuc tertia vice manifeſtas & releuantes cauſas adducat,

quare

quare ſcilicet in præfixo & conſtituto tempore agere nonpotuerit, petens inſuper vlterius tempus dandum, facta tamen prius ſubmiſſione? Reſpondeo, vt ſupra diximus.

Supra diximus, aduerſarium per generalia in cōtinenti, & non ſcriptis contra exhibitas cauſas excipere poſſe. Sed finge iam aduerſarium iuſtiſſimas cauſas habere, quare vlterius tempus dari non debeat neque poſſit, eaſque verbaliter, breuiterque, vt vult ordinatio, adducere non poſſe, quæro itaque, anne audiendus ſit, vel eas in ſcriptis poſſit exhibere? Reſpondeo, audiendum, modo hoc ad proximam facere velit, ſed aduerſus illam exceptionem non eſt replicandum, ſed deſuper in continenti ſub pœna Ordinationis concludi & decretum ferri debet. Hæc in Ordinat. continentur, & placuit aliquantum latius & expreſſius ſubiicere, quam in ordinatione factum eſt, quia ſæpius vidi, eo quod ordinatio aliquantum obſcura

ſcura & breuis eſſe videtur, maximas inde contentiones ortas eſſe.

Praxis.

Sed cum hic ſæpius mentio facta ſit, quod in hiſce cauſis per Aſſeſſorum decreta frequēter longius & vlterius tempus dari poſſit & ſoleat, libuit paucis ſubiicere, quo pacto & quib. verbis hoc plerunq; in Camera fieri ſoleat? In decretis itaque vel ſententiis interlocutoriis dandis, ſic plerunque obſeruatur, vt primo detur terminus 14. vel plurium dierum, ſi forte qualitas & circumſtantiæ cauſæ poſtulent cum ſimplici comminatione. Deinde ſicubi diximus ex cauſa vlterius tempus petatur, dantur rurſus aliquot dies, ſed non plures, imo ſæpius pauciores, quam prius dati, niſi forte aliud euidens vel neceſſitas cauſæ poſtulet, cum comminatione peremptoria, quam finalem hic vocant. Deinde ſi rurſus, vt diximus ex manifeſtis & releuantibus cauſis vlterius tempus

pus

pus petatur, iam adhuc 8. vel 14. dies dari ſolent, ex ſuperabundantia, adiecta rurſus finali comminatione, ſolēt quoque hoc caſu, vel ſaltem ſi quarto loco quis ſe excuſauerit, quod licet ſæpius fiat, tamen Ordinatio repugnat, hanc comminationem adiicere, vt ſi intra quatuordecim dies non egerit, quod iam cauſa pro concluſa haberi debeat, idque plerunque fit, ſi aduerſarius concluſerit, & hoc petat. In libro ſententiarum habes formulas.

Et notandum, quod tota dies cedit ei, cui ita aliquid præfigitur. Et hęc quidem iuxta Ordinationem.

Hodie autem finali termino penitus ſublato, cum tres tantum audientiarum ordines ſint, proceſſus etiam aliter ſe habet, de quo vide conſtitution. Imper. nou. Anno 94. §. Wann dann jetztgedachter/ ꝛc.

AD TIT. XI.

Was Sachen für den Deputaten nach der Gerichtlichen Audientz gehandelt werden ſollen.

COram deputatis ſigilla, ſigna, manus Notariorum, agnoſci, item commiſſarii peti nominariq́ȝ. Itē mors, pretium ſolutum cauſas eſſe compoſitas vel adhuc amice tractari, illic allegari, deniq; ſecunda vel tertia dilatio ibi peti debet & in his pũctis ad proximam excipi, & deinde verbaliter concludi poteſt. Regulariter in continenti fieri debet, niſi ex cauſis iudici aliter viſum eſſet. Id tamen in puncto commiſſariorum ſæpius non obſeruatur & recte. Ibi enim replica admittitur. Tum quoque vidi, quod ſigilla in ſcriptis agnita vel negata ſunt.

Praxis.

Quid igitur faciendum, vbi aduerſarius non agnoſcit ſigilla? Reſpondeo, hoc

hoc caſu per teſtes probanda & agnoſcenda, idque etiam locum habet, vbi in cõtumaciam proceditur. Nunquam tamen vidi in hoc iudicio, quod altercatio de ſigneto vel ſubſcriptione Notarii facta ſit, vti indies in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis fieri ſolet. Imo raro vel nunquam agnoſcuntur. His verbis ſigillorum recognitio in hoc iudicio fieri ſolet: *Agnoſco bona fide, ſalua ſubſtantia veritatis.* In conſiſtoriis ſic: *Agnoſco bona fide non approbando contenta.* In conſiſtoriis quoque ſi antiquiſſima ſunt ſigilla propter antiquitatem officiali pro recognitis habentur. Pro coronide hoc adiiciendum putaui, quod vſque adeo ſtatur ſigillis Imperatoris, & recte, vt hæc in iudicio Cameræ non ſoleant agnoſci, ſic quoq; vidi, vbi acta in conſilio aperta, quod ſigillum iudicis non ſit recognitum.

Ad §. *1. Ibi,* Und uff geringe Recht ſetz.

Hoc non vidi obſeruari, niſi quod ſimul cum aliis actis complentur.

Ad

Ad §. Item wann die Procuratores anzeigen.

Si inter actorem & reum pendente termino citationis tranſigatur, tunc ipſo iure circumducitur edictum, quod reum amplius non coarctat ad comparendum. Quia ex quo cauſa eſt finita, lex videtur etiam eum licentiare & dimittere. Ita Bald. *in lectura antiqua. & Alexand. in l. neque. § 1. ff. de in ius voc.* Item Alex. *in l. 2. in fin. ſi quis in ius voc. &c. Vide in tractatu de circumductione edicti in ſecundo caſu.*

In eundem §. *ibi,* Oder vertragen werden.

Et ſi tranſigatur poſt latam ſententiam parte vincente ignorante, alia vero victa ſciente, tunc ad inſtantiam vincentis proceditur ad executionem ſententiæ ſine vlla reſtitutione. Ita obſeruatum in cauſa Endorff. Et ſi quis procuratorum non poterit excogitare

qui ius præſentandi habent, propoſuerunt quoſlibet doctos & iudicio tali digniſſimos viros de loci ſitu, caritate, & aeris intemperie multum conqueri, ac grauiſſime taliter qualificatos ad hoc muneris ſubeundum perſuaderi poſſe, Hac igitur difficultate perpenſa tam Aſſeſſorum ac Aduocatorum quam procuratorum vota & ſententias audiuere.

Aſſeſſores plerique tranſlationem cupiebant, aliqui Eſlingã, aliqui VVormaciam, pauci Ratiſponam, Procuratores præcipue, qui proprias ſibi comparauerant ædes, remanebant allegatis ſuis rationibus. In euentum tamen VVormatiam acceptabant.

AD TIT. XXXV.

Daß dem Cammergericht ſein ſtarcker Lauff gelaſſen werden ſol.

IVdicium Cameræ nulla re impediendum, quo minus regia via peragatur,

tur, omneſq; Principes huic obtemperare velle. At ſi contrarium fiat, vel forte aliq̃d contra impetretur, vel cōſtituatur, quod hoc caſu irritum eſſe debeat; quodq; Aſſeſſores hoc non teneantur obſeruare, acceptare vel obedire. Sic ego vidi, quod Dux Iuliæ in cauſa, quam contra Clerum Colonienſem habet, ab Imperatore impetrauit mandatum, ne in cauſa procederetur iudicialiter, cum ſcilicet ex conſenſu partium amice tractari deberet. Hoc autem vbi Clerus negauit, vtiq; in cauſa proceſſum eſt.

Vide ad hunc titulum quoque cauſam antiquam Ambroſii **Diederichs**/ contra **Johann Strecken** / in qua Camera non obſtantibus quibuſcunque mandatis Cęſaris Maximiliani, imo nec banno contra Ambroſium edito proceſſit contra **Strecken**/ vſq; ad bannum, &c. In qua cauſa multa ſunt ſuper hoc articulo adducta & diſputata, de poteſtate Imperatoris plena: An ſc. ius tertio quęſitum poſſit aufferre? Et concluſum, quod non poſſit, niſi propter vtili-

tatem publicam. Sententia principalis indicta cauſa, id eſt, non dicta & non defenſa lata eſt, 16. Maii, Anno 1532.

AD TIT. XXXVI.

Von Gewaldt ferrer Fürſehung vnnd Declaration deß Cammergerichts Ordnung / ſo viel den Proceß belanget.

Aſſeſſores ex cauſis proceſſuum ordinationis reformare & emendare vſq; ad futuram viſitationem poſſe.

LIBER

LIBER TERTIVS ORDINATIONIS,

de proceſſibus Iudicii Cameræ tractat.

TIT. I.

Von Gerichtlicher Audientz zu welcher zeit/ vnd wie viel Tag in der Wochen dieſelbig gehalten werden ſol.

VSvs obtinuit, quod tantummodo ſemel in ſeptimana, die ſcilicet Sabbathi, ante meridiem coram iudice vel Comite, & quatuor Aſſeſſoribus, ab octaua hora vſq; ad decimam in cauſis fiſcalibus ſeruetur audientia.

TIT. II.

Von Abwechßlung der Audientz/ Ordinariarum & Extraordinariarum.

TIT. III.

Extraordinariæ.

Cauſæ extraordinariæ priuilegiatæ, & quæ ſint. Item / wie viel Vmbfragen in einer jeden Audientz geſchehen ſollen.

NOtandum, quod in decretis, in quibus partibus vel procuratoribus ad faciendum aliquid iniungitur, ibi ſemper certum tempus adiici debet, quo hoc faciendum ſit, etſi nullum forte tempus adiiciatur, iam tacite cenſetur datum eſſe tempus ordinationis. Hoc tamen caſu nulla comminatio adiici ſolet. Vide Ordinationem. Si vero alicui iniungatur, vt in iſta audientia con-

concludat, aut litem conteſtetur, hoc vtique in eadem audientia facere debet aut certe puniendus, niſi forte releuantes adducat cauſas. Si tamen hic taceat iam aduerſarius, poteſt in continenti, vel vbi ordo ad eum perueniat, eius contumaciam accuſare, & ſi iam non conteſtetur litem, aut concludat, iam vtique aduerſarius petere poteſt, vt in contumaciam lis pro conteſtata cum eo accipiatur, vel concludatur. Ita factum in cauſa Cölln contra Waldeck.

TIT. X.

Wie in den zweyen letzten Vmbfragen Contumaciarum gehandelt werden ſol.

PRimo obſeruandum, quod procuratores iuxta terminum Ordinationis, id quod ſecundum formam Ordinationis facere tenentur, diligenter facere debeant, & ſi quidem hoc ab vno

Quid ergo, ſi ille iuxta datum vel forte præfixum tempus adhuc nihil agat? Reſp. iam ſe ſecũda vice in prima interrogatione cõtumaciarum ex cauſis, & quidem in ſcriptis excuſare debere, & ſic vlterius tempus petere poteſt. Contra hæc, vt ſupra diximus, per generalia concluditur, & rurſus decretum ſi vltro nihil concedatur, ferri debet.

Sed finge hoc caſu, ſe non, vt diximus, excuſare, & vlterius tempus petere? Reſp. ſi aduerſarius contra eum vlteriora petat, iã ipſum primo puniendum & nihilo ſecius ſup hinc inde facta ſubmiſſione decretum promulgari debet, præterea, ſi ita ſecunda vice vel ab aduerſario vel per ſententiã latius tempus conceſſum ſit, & rurſus intra hoc tempus nihil agat? Reſp. iam petente aduerſario, in principali negotio decernendum eſſe, quod rectum eſt, & inſuper ipſe procurator iuxta moderationem iudicis puniendus eſt.

Quid ergo, ſi adhuc tertia vice manifeſtas & releuantes cauſas adducat,

quare ſcilicet in præfixo & conſtituto tempore agere non potuerit, petens inſuper vlterius tempus dandum, facta tamen prius ſubmiſſione? Reſpondeo, vt ſupra diximus.

Supra diximus, aduerſarium per generalia in cõtinenti, & non ſcriptis contra exhibitas cauſas excipere poſſe. Sed finge iam aduerſarium iuſtiſſimas cauſas habere, quare vlterius tempus dari non debeat neque poſſit, eaſque verbaliter, breuiterque, vt vult ordinatio, adducere non poſſe, quæro itaque, anne audiendus ſit, vel eas in ſcriptis poſſit exhibere? Reſpondeo, audiendum, modo hoc ad proximam facere velit, ſed aduerſus illam exceptionem non eſt replicandum, ſed deſuper in continenti ſub pœna Ordinationis concludi & decretum ferri debet. Hæc in Ordinat. continentur, & placuit aliquantum latius & expreſſius ſubiicere, quam in ordinatione factum eſt, quia ſæpius vidi, eo quod ordinatio aliquantum obſcura

ſcura & breuis eſſe videtur, maximas inde contentiones ortas eſſe.

Praxis.

Sed cum hic ſæpius mentio facta ſit, quod in hiſce cauſis per Aſſeſſorum decreta frequẽter longius & vlterius tempus dari poſſit & ſoleat, libuit paucis ſubiicere, quo pacto & quib. verbis hoc plerunq; in Camera fieri ſoleat? In decretis itaque vel ſententiis interlocutoriis dandis, ſic plerunque obſeruatur, vt primo detur terminus 14. vel plurium dierum, ſi forte qualitas & circumſtantiæ cauſæ poſtulent cum ſimplici comminatione. Deinde ſicubi diximus ex cauſa vlterius tempus petatur, dantur rurſus aliquot dies, ſed non plures, imo ſæpius pauciores, quam prius dati, niſi forte aliud euidens vel neceſſitas cauſæ poſtulet, cum comminatione peremptoria, quam finalem hic vocant. Deinde ſi rurſus, vt diximus ex manifeſtis & releuantibus cauſis vlterius tem-

pus

pus petatur, iam adhuc 8. vel 14. dies dari ſolent, ex ſuperabundanti, adiecta rurſus finali comminatione, ſolēt quoque hoc caſu, vel ſaltem ſi quarto loco quis ſe excuſauerit, quod licet ſæpius fiat, tamen Ordinatio repugnat, hanc comminationem adiicere, vt ſi intra quatuordecim dies non egerit, quod iam cauſa pro concluſa haberi debeat, idque plerunque fit, ſi aduerſarius concluſerit, & hoc petat. In libro ſententiarum habes formulas.

Et notandum, quod tota dies cedit ei, cui ita aliquid præfigitur. Et hęc quidem iuxta Ordinationem.

Hodie autem finali termino penitus ſublato, cum tres tantum audientiarum ordines ſint, proceſſus etiam aliter ſe habet, de quo vide conſtitution. Imper. nou. Anno 94. §. Wann dann jetztgedachter/ꝛc.

AD TIT. XI.

Was Sachen für den Deputaten nach der Gerichtlichen Audientz gehandelt werden ſollen.

Coram deputatis ſigilla, ſigna, manus Notariorum, agnoſci, item commiſſarii peti nominariq́;. Itē mors, pretium ſolutum cauſas eſſe compoſitas vel adhuc amice tractari, illic allegari, deniq́; ſecunda vel tertia dilatio ibi peti debet & in his pūctis ad proximam excipi, & deinde verbaliter concludi poteſt. Regulariter in continenti fieri debet, niſi ex cauſis iudici aliter viſum eſſet. Id tamen in puncto commiſſariorum ſæpius non obſeruatur & recte. Ibi enim replica admittitur. Tum quoque vidi, quod ſigilla in ſcriptis agnita vel negata ſunt.

Praxis.

Quid igitur faciendum, vbi aduerſarius non agnoſcit ſigilla? Reſpondeo, hoc

hoc caſu per teſtes probanda & agnoſcenda, idque etiam locum habet, vbi in cōtumaciam proceditur. Nunquam tamen vidi in hoc iudicio, quod altercatio de ſigneto vel ſubſcriptione Notarii facta ſit, vti indies in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis fieri ſolet. Imo raro vel nunquam agnoſcuntur. His verbis ſigillorum recognitio in hoc iudicio fieri ſolet: *Agnoſco bona fide, ſalua ſubſtantia veritatis.* In conſiſtoriis ſic: *Agnoſco bona fide non approbando contenta.* In conſiſtoriis quoque ſi antiquiſſima ſunt ſigilla propter antiquitatem officiali pro recognitis habentur. Pro coronide hoc adiiciendum putaui, quod vſque adeo ſtatur ſigillis Imperatoris, & recte, vt hæc in iudicio Cameræ non ſoleant agnoſci, ſic quoq; vidi, vbi acta in conſilio aperta, quod ſigillum iudicis non ſit recognitum.

Ad §. *1. Ibi,* Vnd vff geringe Recht ſetz.

Hoc non vidi obſeruari, niſi quod ſimul cum aliis actis complentur.

Ad

Ad §. Item wann die Procuratores anzeigen.

Si inter actorem & reum pendente termino citationis tranſigatur, tunc ipſo iure circumducitur edictum, quod reum amplius non coarctat ad comparendum. Quia ex quo cauſa eſt finita, lex videtur etiam eum licentiare & dimittere. Ita Bald. *in lectura antiqua. & Alexand. in l. neque. § 1. ff. de in ius voc.* Item Alex. *in l. 2. in fin. ſi quis in ius voc. &c. Vide in tractatu de circumductione edicti in ſecundo caſu.*

In eundem §. *ibi,* Oder vertragen werden.

Et ſi tranſigatur poſt latam ſentententiam parte vincente ignorante, alia vero victa ſciente, tunc ad inſtantiam vincentis proceditur ad executionem ſententiæ ſine vlla reſtitutione. Ita obſeruatum in cauſa Endorff. Et ſi quis procuratorum non poterit excogitare

aliam exceptionem, hac vtatur. Et ita pronunciatum fuit contra Endorff/Iſt erkannt/daß N. fürbrachten Vertrag vnverhindert Endorff dem Vrtheil / ꝛc. zu geleben ſchüldig/ ꝛc. De quo vide text. & DD. *in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. in l. & poſt rem iudic. ff. eodem.* Sed quid ſi ante ſententiam ſit tranſactum in negotio principali, nihil tamen de expenſis litis dictum, poſtea ſententia lata, & poſtea expenſarum deſignatio facta? Certe expenſæ non veniunt in tranſactionem. Vide Guido. Papæ *deciſione quinquageſima quinta.*

AD TIT. XII.

Von dem erſten Termin/wie vnd was in demſelben gehandelt werden ſol.

IN cauſis ſimplicis querelę reproduci debet citatio, vna cum executione & libello. Primo, hoc fallit in cauſis executionis. Ibi enim non eſt neceſſarium,

vt in ſcriptis exhibeatur petitio ſiue libellus. Ita deciſum in cauſa Herbrodt/ contra Comitem de HohenZollern. Secundo fallit, vbi actor reproducit proceſſus, & reus in termino non compareat. Iam enim actor poteſt tantummodo petere proclama, omiſſa petitione. Idem putarē in illis cauſis vbi quis petit declarari in pœnas inhibitionis vel cōpulſorialium. Vidi tamen quod in puncto executionis petitio in ſcriptis exhibita ſit, idque in cauſa Flettaw contra Mechelnburg.

Tempora iudiciorum, quæ vocantur termini primæ inſtantiæ.

Adueniente iam die reo ad comparendum præſcripto, actor edit hæc: Primo, ſcriptum vel exemplum recognitum citationis vel mandati à ſe impetrati. Secundo, inſinuationem citationi retroſcriptam, aut ſeorſum tractatam per viatorem, aut tabellionem in matricula deſcriptum. Tertio, actionem ſuam libello ſummarie vel articulatim comprehenſam.

Quarto, mandatum procuratorium ſi nomine alieno compareat.

Reus conuentus.

Primo petit exempla omnium ab actore productorum & tempus reſpondendi.

Secundo ſi alieno nomine vult defendere, exhibebit inſtrumentũ conſtitutionis.

Tertio, ſi non adhuc habet cauebit ſeſe in proceſſu cauſæ exhibiturũ cum ratificatione actorum.

Quarto ſi quas habet exceptiones dilatorias, ſi vult ſtatim, poteſt eas opponere.

Quomodo citandi, quando plures in vna citatione comprehenſi.

Procuratorem pro tertio pendente lite ſe intromittere poſſe imo hoc fieri poteſt in puncto executionis, *Abb. in c. veniens extr. de teſtibus.* in eo tamen ſtatu

in

in quo cauſa reperitur admitti debet, & non aliter, & ita factum in cauſa Preen contra Moltzan vnnd Meckelnburg. Innoc. *in c. 2. extr. de dilat.*

Conſtitutio.

Conſtitutiones non admittendas, niſi ad totã cauſam fuerint. Pulchrum exemplum apud Ciceronem habes, vbi ipſe Scipioni vices ſuas committit ſpecialiter in omnibus negotiis, Romæ & alibi expediundis. Et hac forma proπemodum adhuc in foro vtimur: Elegans eſt epiſtola, ideoque libuit partem præſertim, quæ ad hanc rem facit, ſubiicere.

Nihil tam arduum tamque difficile, Scipio, eſt, quod ego tua cauſa non libenter ſubirem: quia ſic amor & beneuolentia poſtulat. Vnde efficitur, vt de te quoq; non minorẽ fiduciam habeam vt tu etiã in omnib. negotiis meis peragendis ſis diligentiſſimus futurus. Quapropter cum multa ſint mihi negotia

Romæ peragenda, quæ ego nunc potiſſimũ ob cauſas expedire nonpoſſum: ſtatui tibi ea cõmittere, vt quia pſens facere omnia facilius poteris, ea cõmodius expedias, in quorum omnium peractione vt nemine obſtante vicem & autoritatẽ meã ſubeas, p præſentes literas te meum procuratorẽ & nunciũ ſpecialem cõſtituo, & ſpecialiter ſup illa cauſa quæ mihi eſt cum M. Anton. in cõtrouerſia: generaliter vero ad omnia mea negotia tam iſtic Romæ, quã etiã alibi meo nomine tractanda, ad vocandum quemcũq; opus erit in iudiciũ, & ſuper ipſis negotiis libellos producendos, teſtes & inſtrumenta. Et ſi ab aduerſario vocatus fueris ad reſpondendũ, & meo nomine deiiciendũ, ad lites conteſtandas: & generaliter ad omnia peragenda quæ merita cauſarum exigunt & requirunt, ſuper quibus reb. do tibi omnem auctoritatem & poteſtatem, vt eas agere & tradere poſſis, ac ſi ego ipſe perſonaliter adeſſem, promittens me omnia & ſingula, quæ per te in hiſce negotiis

meis

meis geſta fuerint grata, & rata habiturum, ſub obligatione omniũ bonorum meorum. Tibi igitur omnem cauſam commendo, meq; ipſum tibi trado & dedo.

Prædicta tamẽ regula nõ admodum anxie ſeruatur in executiuis. Ibi enim vidi datam tantummodo conſtitutionem ad exceptionem proponendam, eamq; admiſſam. Id factum in cauſa Bamberg contra Guttemberg / alioqui vt diximus, conſtitutiones ad vniuerſam cauſam eſſe debent. Ideoq; ſi quis petat cauſam remitti, & hoc caſu velit tantummodo ad remiſſionem impetrandam vel alium ſimilem actum conſtituere: is, inquam, nullo pacto admittendus eſt. Sic deciſum in cauſa Comitis Palatini contra Teutſchmeiſter.

Rurſus prædicta regula fallit in eo, qui cauere vult, ſe intra certum tempus conſtitutionem adducturum. Hoc verum, ſi minus ſufficiens mandatum habeat, vel alioqui à parte ſibi demandatum, vt eam cauſam ageret.

Hoc tamen non ſemper obſeruatur; tamẽ vidi, quod in cauſa pauperis Claeß Wß cõtra Claeß prætermiſſa ſit cautio, id tamen forte incuria factum, alioqui cautio hic ꝑ conſtitutione habetur donec ſc. legitima conſtitutio exhibeatur. Idq; iuxta præſcriptũ tempus, & ad minus ante concluſionem etiam in cauſa deuolutionis fieri debet, alioqui puniendi. Notandum quoq; eſt, eum qui extra Imperium habitat, alium qui in Imperio habitat, ſine cautione fideiuſſoria non poſſe conuenire, vt habet Ordinat. Idq; nuper domini etiam extenderunt ad eos, qui in terris Imperatoris in inferiori Germania habitant.

Quid ergo, ſi procurator iſtius perſonæ, quam & hac in cauſa defendere vult ſit generalis procuratori, talemq; generalem conſtitutionem in alia cauſa exhibuerit: quæſtionis iam eſt, anne ſufficiat, vt verbis hæc referat, petatque, vt iſta quoq; conſtitutio ad hanc cauſam ponatur? Reſp. non ſufficere. Sed hic copiam iſtius generalis mandati vel à

pro-

protonotario vel lectore ſubſcriptam, iudicialiter & ad hanc cauſam exhibere, in copiaque iſta annotare breuiter debet, tempuſque & cauſam in qua hoc prius exhibitum ſit, & plerunque procuratores, vbi copias huiuſmodi conſtitutionum porrigunt, hiſce verbis vtuntur: *Exhibeo copiam generalis mandati cum ſignatura.* Idem in priuilegiis & aliis literis, quæ quondam fuerunt exhibitæ, faciendum eſt.

Sed quia hic incidit mentio copiarum, mihi videtur conſultum, vt ordine ſubiicerem, an & quando exhibitorum & literarum probationumq; quis copiam communicare teneatur? Hic hanc regulam ſtatuo: Quicquid vel actor vel reus in iudicio exhibet, huius copiam ſuo aduerſario facere cogitur.

Quare poſteaquam literæ vel atteſtationes, vel aliæ literarum probationes, iudicialiter exhibitæ, iam communes factæ, itaque etiam merito communicandæ ſunt. Sic itaque non ſolum procuratores, ſed & ipſe fiſcus, ſi

contra aliquam agat, ſuo aduerſario copiam exhibitorum facere cogitur, & ſic hic vſus obtinuit: quanquam, ni fallor, diuerſum fere in iure quoad fiſcum, quod aduerſarius ei etiam ad fundandam intentionem inſtrumenta edere cogatur, *in l.3.ff. de edend.* conſtitutum ſit.

Sed quæro, an aduerſæ parti ſuis expenſis etiam probationum copiæ communicari debeant? Reſpondendũ, non ſemper, ſed hic hanc diſtinctionem obſeruari oportet, procurator actoris ſiue rei appellãtis vel appellati, qui vel libellum, exceptiones, reſponſiones, excuſationes, exceptionẽ, replicam, duplicam vel concluſionem exhibet: horum ſuis expenſis copiam dare tenetur aduerſario. Hæc tamẽ regula primo videtur fallere, vbi quis duos aduerſarios habet, veluti, ſi vnus etiam ꝓ intereſſe veniat: iam obſeruaui, quod tantummodo vna copia iis duobus data ſit, ſed in alia cauſa pene diuerſum obſeruatum. Secundo fallit, vbi quis in contumacia

con-

contra aliquem procedit. Tertio fallit, ſi in cauſis, vbi ex officio ſequeſtratio facta & ex officio admodum propere & ſummarie proceditur: ſi quis ſc. eouſq; in momentanea poſſeſſione permanere debeat, donec vel de poſſeſſorio vel petitorio iudicio cognoſcatur. Ita factum in cauſa Pfaltz contra Speyer.

Sed hic incidit quęſtio, An procurator ſuo aduerſario literarum probatoriarum, priuilegiorum & aliorum iurium, quę forte ad cauſam exhibuit, copiam cõmunicare teneatur? Reſp. nequaquam ſuis expenſis, alioqui copia concedenda, vt ſequitur & habet ordinatio. Idem in Actis, fol. 155, atteſtationum, priuilegiorum, & aliorum iurium. Nam ſic, ſi recte memini, vidi obſeruari, quod ſi quis copiam conſtitutionum, inſtrumentorum, paritionum, atteſtationum, priuilegiorum, & aliorum iurium, quæ in vim probationum ſunt exhibita, habere velit. Idem de actis puto dicendum, pars enim aduerſa deſcriptionẽ admittere cogitur.

Et ex Cancellaria copiam ſuis expenſis petere debet, tamen procuratores voluntarie admittunt, & pars aduerſa acta, dummodo non ſunt probatoria, domi ei communicare poſſet. Et ſi quidem appellans hoc nolit admittere, iam copiam ex Cancellaria accipere cogitur.

Sed quæro, an etiam pars, quæ acta ita publicata & iudicialiter exhibita ad exſcribendum accepit, poſſit ea aduocato ſuo tranſmittere. Reſp. id fieri non poſſe, quia iudicis iam ſunt: & ideo vidi D. Capitonem 16. Decem. An. 52. puniri nach ermeſſigung quod hoc fecerat.

Sed quæro rurſus, ſi is, qui ita legitime citatus ad conſtitutum tempus non compareat, quomodo cõtra eum procedendum? Reſp. in contumaciã contra eum procedi poſſe, vt infra dicetur: tamẽ hoc caſu neceſſum eſt vt precedat proclama, vt Ordina. habet, & hic hanc regulam conſtituo.

Si reus vel actor in prima inſtantia

contumax ſit; iam in primo termino poteſt proclama peti, & etiam concedi vel decerni, ſi modo executio legitime facta ſit, ſemper itaq; illa vel ab actore, vel reo reproducenda, alioqui proclama non conceditur. Ita factum in cauſa Meintz Churf. contra Wintzingenrode. Idem quoque obſeruatur in executiuis. Prædicta tamen regula non habet locum in cauſis appellationum; illic enim non conceditur proclama niſi poſt primũ terminum, 3. dies iuridicæ peractæ ſint. Et notabis, quod plerunque in iudicio Cameræ tria ſint proclamata in contumaciam. Primum, vt iam dictum in exordio litis. Secundum quando quis in contumaciam in pœnas forte executorialium condemnari debet. Tertium, quando quis in contumaciam banniri vel priuari debet.

Si quoq; principales cõtumaces diem obeant, iam ſi hęredes citentur, & quoque cõtumaces ſint, tunc neceſſe eſt, vt denuo proclama fiat, contra eos tamen ſi quis citatus per procuratorẽ legitime

com-

compareat,& deinde procurator diem obeat, vel ſuæ conditioni renunciet: iam contra illam partem in contumaciam non poteſt peti proclama, vel alioqui procedi, niſi à nouo prius citatus ſit, ita Neſer dixit. Et de citationis pclamate vide Spec. *in ti. de citatione. §. ſequitur. verſ. ſit quoque citatio. & in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Ang. in l. ſi perfuſorie, ff. de appellat.*

Quid igitur, ſi in conſtituto termino, neque actor neque reus compareat, & ſic actore non comparente elabantur tres dies iuridici, poſt prædictum terminum (infra enim illud tempus excuſatio admittitur) quæro, an terminus pro circumducto, & citatio pro nulla debeat haberi? Reſpõdeo, habendum: non tamen prius hac in re pronunciandum, niſi proclama præceſſerit, videlicet, vbi vna partiũ tantũ comparuerit. Et hoc ius quoq; vidi obſeruari in cauſis fractæ pacis. Illic enim reus quoque petere poteſt, vt terminus habeatur pro circumducto, ſi modo poſt

effluxas

effluxas tres iuridicas proclama factum ſit.

Praxis.

Iam ſic fere pronunciatur: In ſachen ꝛc. N. iſt d' Termin ideo q; citatio ſecundum ordinationem non producta, pro circumducto gehalten / vnnd die außgangene vnd reproducirte Citation gefallen.

Quid ergo, ſi deinde actor veniat, & petat nouam citationem ex eodem facto. Hic ego hæreo, tamen ego vidi, quod in hoc iudicio actori reo refuſis expenſis noua decreta ſit. Idq; factum in cauſa Teckelnburg / contra Oßnabruck.

Sed quia hæc conſtitutio, quæ in ordinatione habetur, noua eſt & perdura, igitur etiam in pleno conſilio placuit, quod in cauſis appellationis nõ debeat habere locum, quia illic facile tota ſua cauſa cadere poſſet. Ita factum in cauſa Herman contra Nollen.

Ideo etiam ſi actor poſt trinam iuridicam veniat, & ſuæ abſentiæ legitimas adducat cauſas, iã vtiq; audiẽdus eſt. Secun-

cun-

cundo quoque placuit, quod debeat locum habere in futuris cauſis, & non in præteritis. Quocirca ſi quis etiam in prima inſtantia poſt trinas, vt diximus, iuridicas, veniat, & legitimas cauſas ſuæ abſentiæ probet, vtique audiri debet, ſi modo ante hunc diem fuerit citatus, hoc concluſum in pleno conſilio, vt diximus, 24. Nouemb. An. 38.

Sed an locum etiam habeat in mandatis cum clauſula? Dubito, quia perpetuam cauſam habere videtur. Igitur non putarem locum habere, præſertim ſi hoc expreſſe non petatur. Ita factum in cauſa Zwifalten cõtra Stadion / alioqui ordinatio generaliter loquitur, & ſic iam etiam intelligendum, quod tale mandatum æque arctat, cum ad comparendum, acſi citatio eſſet. Et ſic audio ante aliquot annos concluſum eſſe, 9. Decemb. Ann. 40. in cauſa Carmelitarum zu Cöln contra die Statt Cöln.

Hoc denique obſeruandum, citationem etiam die feriato factam, hic pro legitima haberi.

Ad §.

Ad §. Vnnd ſollen in ſolchen Ladungsbrieffen.

In citatione inſerendam eſſe cauſam *gloſſ. in Clement. attendendas. de ſtatu Monachi. capitu. ſecundo, de maior. & obedient.* Neque tamen de ſubſtantia citationis eſt, vt cauſa inſeratur, quia omiſſa cauſa citatio non vitiatur, vtile tamen eſt, inſerere, quia ſic non dabitur dilatio ad deliberandum. *gloſſ. tertia, capit. ſecundo. de dilat.* Bald. *in additio. ad Speculatorem. in titu. de citatione, in fine.* Sic ergo nec procuratori dabitur dilatio ad deliberandum vtrum litigare vel deſiſtere velit, Innocent. & Panormitan. *in cap. dilectus, de procurat.* Bartol. *in l. non ſolum. in princip. ff. eod.* alias enim pro contumace habebitur, citatio autem vel mandatum iudicis continere debet hæc: competens tempus & ſummam libelli, vt reus veniat inſtructus. Et ſic ceſſat Bart. diſputatio in *l. inter accuſatorem, ff. de publicis iudicis.*

Ad

Ad §. So viel dann für das dritt die Gewalt.

Nota, quod quando lis conteſtatur, cum aliquo tãquam procuratore, licet de mandato non conſtet, præſumitur procurator, donec contrarium probetur. Ita Imola *in l. ſciendum. ff. de verbor. obligationibus.* Ang. *in* §. *fina. inſtit. de fideiuſſ.* Quod eſt bene notandum pro ſaluandis actis priorum inſtantiarum, in quibus ſæpe omittuntur conſtitutiones procuratoriæ. Item quia in priorib. actis non reperitur mandatum procuratorium, tamen victus nihil opponit contra falſitatem ſui procuratoris ſuper nullitate proceſſus, ſed proſequitur appellationem per ſe vel per procuratorem illum interpoſitum, eo ipſo videntur omnia geſta per ipſum ratificari, vt de validitate proceſſus amplius in Camera vel alia inſtantia non ſit quærendum, *per l. 3. §. fin. ff. rem rat. hab. gl. fin. in l. licet. C. de proc.* Imo etſi opponat victus defectum mandati ſui procuratoris, ſi

tamen

tamen eo præſente ꝓcurator agat, præiudicatur domino, arg. *l. ſi ſine. C. ad SC. Velleian.* Et ſola ſcientia domini principalis inducit præſumptionem mandati, niſi dominus probet contrarium. Innocent. in *cap. cum in iure. extr. de offic. delegat.* probatur autem contrarium ex inſpectione actorum. Imola in *dicta l. ſciendum.* vbi etiam DD. *de verborum oblig.* vbi dicitur, quod ſi in actis dicatur mandatum fuiſſe productũ, cuius originale tamẽ non reperitur, &c. Itẽ quid ſi ante ſententiam exprimatur. Ang. *in d. §. fi.* Ioan. de Anan. & ibi Lud. Bolog. *in addit. conſ. 96. & 104.*

Item, Vnd anderer geſtalt für gnugſam.

Igitur mandata data ad declinandum forum, vel impugnandam appellationẽ, vel eius deuolutionẽ, tanquam inſufficientia nõ recipiuntur, etiãſi dubium ſit, an cauſa huc ꝑtineat, & taliter conſtituẽs habetur ꝓ cõtumace. Ita iu-

dicatum in cauſa Teutſchmeiſter / contra Ducē Georgium Saxoniæ, ad quod facit, quod notat Maria. Soci. in tractatu citationis in *ſecundo articulo principali, num. 43*. Speculat. *de procurator.* §. *ratione, fere per tot.*

Ad §. Vnd ſollen beyder theils Procuratores.

Circa mandatum Vniuerſitatis vide *ſupr. libr. 1. titul. 38. articul. 15.* Et nota, quod quādo tutores vel curatores conſtituuntur à Camera non dati vel confirmati, tunc etiam tutorium vel curatorium producere debent, vt conſtet eos tutores vel curatores eſſe. Spec. *de proc.* §. *ratione. verſ. illud quoq́.* Bart. *in l. ſi tut. C. ex quib. cau. in integ.* & ita obſeruatur in Camera, licet non ſemper.

Ibi, In welchem fall derſelbig Procurator.

Sola productio mandati prohibita,

fit

ſit tamen quotidie per procuratores cum tali appendice vel ſimilib: W. l den Gegentheil zur Handtlung certiorirt haben / vel mich ferners in zeit der Ordnung vernemen laſſen. Item wil mir in meiner Ordnung anruffens hiemit vorbehalten haben / ꝛc. & omiſſa tali clauſula, procurator punitur.

Ad §. fin. Vnd als ſich auch bißhero.

Super iſto articulo multum diſputarunt Domini ab initio reſtauratæ Cameræ, & hoc propter ignorantiam partium, iudicium cœpiſſe, & propter depoſitionem præcipuorũ fere 4. procuratorum, quorum cauſæ non poterant in primo termino introduci. Et cõcluſum eſt in pleno conſilio ſenatus, hunc articulum vtraque parte abſente circumducere citationem factam ad totam cauſam, & omnes eius terminos, ſicut fiunt in Camera eſſe contra ius commune. Primo, quod licet circumducatur edictum, quoad illum

terminum,& actũ in eo expediendum, non tamen quo ad alios terminos, quia citatus ad duo tenetur,ſc.ad comparendum & comparẽdum in termino. Nam quandocunq; reo vel actore poſtea cõparente poteſt procedi vigore generalis citationis in contumaciam, ita tenet Rota *deciſ.345*.citans. Inno.*in c.conſuluit. extr.de offi.deleg.* Sic in citatione ſimplici ad vnum actum. Vt Innoc. *ibidem* videtur diſtinguere,& ſequitur ibi Anchar. Panormitan. Item latius *in capit. dilecti. colum.5. de dol. & contum.* Et hoc etiam tenet Milis in ſuo repertorio, in verbo Citatio: Addens, quod actore poſtea comparente poteſt ad illum actum in primo termino expediendum, poſtea procedi.

Et iſta concluſio verior eſt & receptior, ſecundum quam alias decretum eſt proclama in pleno conſilio, 22. Maii Anno 42.

Poteſt tamen iſte artic. habere locum cum partes longo interuallo poſt terminum comparent, vnde etiam cõcluſum

ſum eſt, hunc articulum ad cauſas appellationum non eſſe extendendum, quia ibi propter lapſum fatalem maius eſt periculum. Et ſic diuerſa ratione non obſtante, art. fin.

Item ibi, Vnd ſich niemand im Gericht.

Iſta verba: Niemandt im Gericht einlaſſen/ ſunt referenda ad principium articuli, ſcil. cum neutra pars compareat, in quo caſu voluit articulus iſte prouidere, non autem ad proximum, ſc. cum reus compareat, Quo caſu ſunt alia remedia, de quibus infra de contumacia, & loquitur articulus iſte generaliter hic in fine de circumductione & aduerſatiue ad præcedentia. Et ſic etiam ſi partes ex legitimis cauſis vel impedimentis abſint, quæ iudex quoque ſciat, quia non ſcit vt iudex, & nihil ſupplere poteſt, quia talis circumductio fit ipſo iure. Vndelicet actor poſt tertiam audientiam compareat, & legitimas cau-

ſas allegét, non tamen reuiuiſcit citatio ſemel extincta, ſed iteranda eſt, alias ſequeretur, quod circumductio eſſet in ſuſpenſo ſcilicet, pendens ex allegatione iuſti impedimenti cõtra *l. non quemadmodum. ff. de iud. & gloſſ. in l. penultima, C. commun. præd.* & per conſequens eſſet in ſuſpenſo, an reus teneretur comparere. Porro ſuper impedimentis neceſſaria eſt iudicis cognitio, ergo & citatio rei, vnde ad euitandos hos proceſſus cautius eſt actori citationem in principali iterare, niſi forte actio eſſet annalis vt puta iniuriarum, quo caſu opus eſſet reſtitutione, & ſic iſte textus nõ patitur reſtrictionẽ, ſi actor ex iuſtis cauſis abſit, etiamſi notorię eſſent, quia nemine comparente nullum eſt iudicis officium, & iuſtæ cauſæ excuſant à contumacia, & pœna, Gloſſ. & DD. *in capit. 5. de dolo & contumacia in 6.* Sed non à circumductione iſta, quæ non ex contumacia, ſed aliunde prouenit.

A D

AD TIT. XIII.

Von dem zweyten Termin in erſter Inſtantz/wie vnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

PRimo, reus conuentionis, ſi habeat exceptiones dilatorias, quas in primo iudicii termino non propoſuit, eas adhuc edere poteſt. Secundo, ſi exceptiones dilatorias non habet, reſpondebit libello, & litem conteſtabitur. Tertio, iuramentum calumniæ ſi ab alterutra parte petitum fuerit, præſtandum eſt.

Actor.

Primo, libellum ſuum articulatum repetit loco articulorum, petens illis ab aduerſario ſufficienter reſponderi. Secundo, ſi libellum ſummarium edidit, poſtulabit dilationem, ad ponendum ſeu articulandum, hoc eſt, ad ex-

plicandum genus actionis ſuæ per poſitiones & articulos. Hodie tamen, niſi in primo termino libellus articulatus exhibeatur, actori via articulandi poſtea præcluditur. Conſtit. Imp. Anno 70. §. Wiewol auch/ & decreto gen. Cameræ 13. Decemb. Anno 93. variatio penitus eſt interdicta.

Ibi, Zu antworten vnd litem conteſtirn ſchüldig.

In cauſa fractæ pacis nulla qualitas facti ante litem conteſtatam diſputanda admittitur. Igitur exceptionib. non obſtantibus litis conteſtatio iniungitur, ſaluis exceptionibus quibuſcunque.

Item ibi in ordinariis.

Quatuor computantur ſeptimanæ; ſi nō interuenerint feriæ, & in extraordinariis 14. dies vtiles connumeratis vacantiis, & ſic de conſuetudine etiamſi ter audientiæ non fuiſſent habitæ.

Nota

Nota etiam iuramentũ calumniæ eadem audientia vel ſequentibus, in quibus exigitur præſtandum, & ſic non datur terminus ad deliberandum. DD. in *c. cum cauſam, extr. de iura. calum.* Hoc fallit, vt per Bartholomæum Socinum in ſuis fallentiis, in verb. Iuramentum calumniæ, vbi etiam de pœna non volentium iurare.

Ad §. Dergleichen. *in princ.* So der Eydt für gewerth.

Iuramentum calumniæ non poteſt expreſſe remitti. *l. 2. C. de iura. cal. præſt.* poteſt tamen tacite omitti *cap. 1. eodem, in 6.* ſed ſi exactum à parte non præſtetur, iudicium non tenet, Spec. *eo. §. fina. verſi. quod ſi partes.* Socin. *in capit. fin. extr. eo.* Item ſi actor recuſat, cadit ab actione ſi vero reus, habetur pro confeſſo, niſi ſint legitimæ cauſæ recuſandi, de quibus Socinus *in d. cap. fin.*

Forma litis conteſtationis poteſt eſſe talis: In cauſa N. rei verſus N. actoris actio-

actionem editam nego, narrata prout narrantur, & peto me reſtitutis ſumptibus & damnis abſolui.

Ad §. Vnd nach dem. *Ibi, in cauſa N. contra N.*

Hoc tamen ita præciſe intelligendum eſt, quaſi nunquam non liceat aliter quam oretenùs litem cõteſtari, quia ſæpe fit, vt reus excipiat contra procuratorium vel alia, & ſic conditionaliter litem conteſtatur, quod etiam in ſcriptis ſic admittitur.

Vnd mit dieſen Worten ſol der Krieg ob auch der litis, &c.

Secus eſt, quando quis declinando forũ negaret narrata libelli, prout narrantur, licet ibi eſſet aliqua narratorum qualitas, tribuens iuriſdictionem, & reſpiciens cauſæ merita, non tamen induceretur litis conteſtatio, quia vbi negatio reſpicit pariter iuriſdictionem, & petitionem potius interpretatur ad

excluſionem iuriſdictionis, quam litis conteſtationem. Ita ſingulariter Panor. Anchor. Mar. Socin. *in ca. ſi Clericus, extra de foro competenti.* Idem Socin. latius *in c. 1. de litis conteſt.*

AD TIT. XIIII.

Von dem dritten Termin/wie vnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

PRimo actor, ſi tempore ſuperiori libellum ſummarie editum non potuerit repetere loco articulorum, exhibeat iam poſitiones ſeu articulos ſuos. (quod tamen hodie ſecus eſſe ſupra dictum eſt.) Secundo, ſi libellus articulatus tempore præcedente eſt repetitus, exhibere tunc poteſt alios articul. quos additionales vocant. Reo autem conuento datur dilatio ad reſpondendum poſitionibus & articulis.

Nota, articuli actoris debet eſſe conſentanei inſtitutæ actioni. Sunt enim

ex minore libelli propoſitione deducendi pertinenter. Et adiiciendus eſt ſingulis articulis in margine numerus, vt certo conſtet, quotuſquiſque ſit in ordine propter reſponſiones aduerſarii accommodandas citra errorem.

Cauendum quoq; diligenter omnibus cauſarum patronis, ne articuli additionales additionalium augmentales vel ſimiles deſultoriæ poſitiones, quibus iudiciaria cognitio obrui ſolet proferantur.

Ad §.1.ibi, Nit Articulß weiß.

Sed an neceſſario articuli dandi ſint? Reſp. quod non, *l. oſidius. §. ex aduerſo. de legat.3.cap.1.de confeſſ. in 6.c.vni. de litis conteſt. DD. in l. 2. de iuram. propter calum.* Articuli vero dantur ad elicendam veritatem ſeu confeſſionem, *gloſſ. in ca. 1. de confeſſ.* Nam per confeſſionem releuatur quis ab onere probandi. Eſt autem confeſſio ſpecies probandi, *ca. cum ad ſedem. de reſcript.*

For-

Formādi autem ſunt articuli ex ſubſtantia ſeu corpore ipſius libelli. Spe. *de poſit. §. 5. verſ & nota.* Nam alias dicuntur impertinentes & non admittendi, *c. cum olim. de offic. deleg. l. confeſſionibus de interrog. act. DD. in l. per hanc. C. de temp. appell.*

Ad §. Vnd ſollen ſolche deß Clägers Artickul.

Nota, debere eſſe articulos ſuper facto non ſuper iure. *gloſſ. in c. 2. de conſuet. in 6.* Quia ad articulos iuris nemo tenetur reſpondere. *Panor. in c. vt ſæpe. de app.* Bartol. *in leg. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg.* Secus eſt in poſitione ſuper conſuetudiue, Bald. *in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. verſicu. ſuper ſtatuto.* Ibidem Bald. *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.* Poteſt tamen allegari ius, quod ex facto articulato oritur, ita Andr. *in addi. ad Spec. de teſt. §. nunc. poſt pr.* Iura tamē nō ſunt expreſſe allegāda, ne diſputationib. detur occaſio. *Spe. de aduo. §. cōſequenter. ver. itē caueat.*

ueat. niſi iudex eſſet imperitus. Spec. *de allegat.* §.*1. Vide ord. Ratiſp. de termino perempt. in fine.* Ad hoc adde Paridem de Puteo *in tractatu de Syndicatu. in verbo, teſtes qui ſemel. col.2.* qui dicit, leges non eſſe allegandas in conſiſtorio principis, *per tex. in auth. de conſult.* & hoc obſeruãt in Curia Galliæ, qui dicunt aduocatis iura allegantibus venire ad factum, curia ſatis intelligit iura. Ita Bart. *in præfat. legum Longobard.* Sed in Camera non obſeruatur, licet male.

TIT. XV.

Von dem vierdten Termin / auch wie vnd was in demſelben gehandelt werden ſol.

PRimo reus conuentus ſi habet iuſtas aduerſus actoris poſitiones, & articulos, exceptiones, quaſi legitima forma careant, eas exhibebit ita porro, vt iudex diligenter animaduertat, an operæ pretium ſit, huiuſmodi exceptiones diſceptari in iudicio.

Secun-

Secundo ſi non poſſit aduerſus articulos ipſos opponere, tunc reſponſiones ſuas de meritis cauſæ proferat.

Tertio exceptiones ſuas, ſi quas habet peremptorias vel quaslibet poſitiones, vt vocant defenſionales hoc tempore edat.

Actor ſi voluerit, poteſt ſtatim concludere ſuper his, quę ab aduerſario exhibita ſunt contra ſuos articulos. Secundo, vbi exiſtimarit operæpretium eſſe recte petet dilationē ad replicandum.

Tertio iuſiurandum, quo mediante ſolent poſitiones & articuli in iudicio exhiberi, præſtetur ſi alteruter litigatorum vel vterq; petierit.

Quarto ſub eadem religione ſcilic. quod bona fide credantur, eſſe vera repetuntur omnia apud iudicem producta.

Quinto poſſunt litigatores hoc tempora forte ſi non habeant, quod vlterius diſceptent ad probandum ſe of-

ferre & Commiſſarios ſtatim petere & nominare.

Sexto ſi maluerint, iure poſtulabunt dilationem ad nominandos Commiſſarios.

Septimo vbi forte ab alterutra parte non fuerit omnibus vel aliquibus aduerſarii articulis ſufficiẽter reſponſum permittitur hoc tempore actori vel reo reſponſionem illegitimam ex ſcripto in ſpeciem redigere.

Octauo poſſunt ad hoc dilationem petere. Et Nota, quod ſuperuacanea ſint per cauſarum patronos euitanda, vel certe per iudicem ex officio repudianda. Qui poſt litem conteſtatam: vrſus interlocutione iudicis nõ reſponderit articulis aduerſarii, is pro confeſſo reputandus eſt, in omnibus, quæ aſſeruit actor ſiue affirmãdo ſiue negando: nam pro actore hoc caſu & contra reum fit interpretatio.

Reus conuentus, etſi exceptiones ſeu defenſiones ſuas peremptorias iure ſummo poſſit articulatim edere quo-

cunq; tẽpore ante publicationẽ teſtiũ; vt tractatur *in l. præſcriptionẽ, & l. ſiquidẽ C. de except. aliiſque locis.* Placuit tamen principibus noſtris non ſine boni & æqui ratione, vt hoc tempore proponantur vel ſaltem antequam prima dilatio detur actori ad probãdum, poſtea non auditur, niſi iureiurando affirmet reus, quod tunc primum ad ſuam notitiam peruenerit, pontificii iuris obſeruatores ex hoc vno, duo conſtituunt tempora: Alterum habet reus conuentus ad excipiendum contra poſitiones & articulos actoris. Alterum habet ad reſpõdendum illis, ſi nolit aut non poſſit contra formam dicere. Imperatoria ſeries mihi videtur melior quia compendioſior eſt.

In hoc quarto termino, reſpõdendum excipiendum & defendendum nec non præſtandum iuramentum articulorum datorum: Hoc tamen iuramentum dandorum vel reſpondendorum articulorum: tunc demum præſtari debet, vbi hoc exigitur, vt

habet Ordinatio. Hoc verum, niſi partibus iniungatur iuramentum calumniæ vel hoc alioqui præſtitum ſit. Tum enim non eſt opus, vt dicta iuramenta præſtentur, ſed ſufficit & iniungitur iis, vt articulos repetant vigore præſtiti iuramenti calumniæ, ita deciſum in cauſa Schwebiſchen Hall contra Morſtein & Lupffen contra Reppelſtein.

Secundo dictum iuramentum præſtandum etiamſi non petatur à partibus, vbi ſcilicet contra articulos excipitur & ita nondum articuli ad probandum ſunt admiſſi: Iam enim ſi non obſtantibus exceptionib. articuli admittũtur, iam vtiq; ſolet dictum iuramentum iniungi. Et ego ſane velim omnes iudices in admittendis articulis præſertim defenſionalibus, aliquãto diligentiores eſſe; ne ſcilicet facile & abſq; legitimis cauſis eos admitterent. Tum enim ſine magno labore & etiam exiguo tempore lites determinari poſſent quocirca ego etiã vidi & audiui, quod antiqui Aſſeſſores in puncto admittendorum

dorum articulorum, præſertim defenſionalium non aliter retulerunt cauſas quam ſi forte diffinitiua referenda eſſet cauſa, ſed iam ille mos propemodum exoleuit & male dixit gloſſ. & ſi ex articulis quidam releuãtes, ſunt plerumque admittuntur omnes.

Quo pacto tantummodo per verbum credit vel non ſine appendicibus reſpondendum & diſtinguendum. Si multiplex ſit articulus, quod denique contra reſponſiones tantummodo excipi poſſit, ſi ſcilicet non ſunt ſecũdum formam Ordinationis factæ pulchre docet ordinatio. Sed male hoc obſeruatur à procuratoribus, hi enim ſuis prorſus friuolis reſpõſionibus & exceptionibus excruciant Aſſeſſores & ſic cauſas in Neſtoreos annos protrahunt id ſane nobis imputandum: nam ſi vt in dicto loco habet ordinat. punirentur, eam ob rem procuratores iam procul dubio ab incepto deſiſterent, idque nos porro facturos nuper iis ſerio dictum eſt.

Notabis quoque procuratores non poſſe in puncto reſponſionis quaslibet exceptiones adducere exceptio tamen iuſta & releuans & replica actoris admittitur tantummodo, ſi tamen viuæ voce per generalia cõtra articulos ipſos licet effluxo tempore ordinationis exhibitos, excipiatur hoc caſu pronũciatur, **ſeyn die articul fürgewendter einrede/ vnverhindert zu beweyſen zugelaſſen/** ſi autem in ſcriptis iniuſte exceptum iam ſic pronunciatur, **ſeyn die Articul für⸗brachter Vrſachen vnuerhindert/** ita pronunciatum in cauſa **Stromerin** contra **Geiders Erben/** ſi tamen contra articulos in effectu nihil excipiatur, tum plerumq; expreſſe non admittũtur, ſed reſpõſiones pro puris acceptãtur, *fol 142. & 143*, Sed finge aduerſarium non velle reſpondere articulis, quid igitur faciendum? Reſpondeo, hoc caſu petenti aduerſario articulos in contumaciam accipiendos & habendos pro confeſſatis & deinde vlterius ſecundum ordinationem procedendum: Requiritur tamen vt per ſententiã ei iniunctum ſit, vt re-

ſpondeat: & hæc quidẽ cõtumacia poteſt purgari ante ſententiã expenſis tamen refuſis *l.2.§.quod ſi actor,C.de iuram calumniæ.* & Bart. in illa opinione eſt, ꝙ putet hanc pœnam non tranſire ad hæredes *in l.eius qui,ff.de iur.fiſc.* vide *c.2.extra de confeſſis,lib.6.* Quod diximus articulos in contumaciã non reſpondentis pro confeſſatis habendos, hoc intelligendum, ſi illa confeſſio ſit futura ei damnoſa, tũ enim pro confeſſo habetur ſecus itaq; eſt, ſi forte ei ſit futura vtilis, tum enim non aliter habetur, quam ſi negatiue reſpõſum eſſet, idq; in odium non reſpondentis, iudicem & ſacroſanctã iuſtitiæ officinã contemnentis Bar. *in l.vnica,C.de confeſſ.* præterea quod diximus, quod in contumaciam articuli habentur pro confeſſatis, hoc quidẽ locũ habet in ciuilib. non criminalib. aut publicis iudiciis Bal. *in l.1.quõ. et quãdo iudex, et in l.2.C.de edẽd.* Itẽ in cauſis fractæ pacis multi putãt nõ habere locũ, vt Ketinger & Neſer dixerũt & recte, hic itaq; actor admittitur probationẽ & ei nihilo

ſecius conceditur, vt ob contumaciam non reſpondentis formaliter petere poſſit, ita factum in cauſa Bullinge contra Blanckenburgk.

Denique quemadmodum in contumaciam petere poſſum vt via probandi præcludatur, ita excipiendi replicandi & denique vt cauſa pro concluſa habeatur accipiaturque vt infra dicetur.

Ad §. Zum andern. Ibi Salue iure impertinentium.

Nota, quod hæc clauſula eſt magni effectus in interlocutoriis, quibus articuli admittuntur, & reſpõſio parti imponitur, nam per hoc intelligũtur pertinentes eſſe ad cauſam, & de ea re amplius non poteſt opponi, ita addita dicta clauſula ita Bart. & Alexan. *in l. ſi duo §. Iulianus de iureiur.* Inno. *in c. quo ad conſuet. de re iud.* Baldus in ſua margarita *in verbo Exceptio.* Vide & Franc. Curtium in tra-

in tractatu depoſitio: de hac clauſula, quæ autem dicantur poſitiones impertinentes, vide per Ferrar. in forma exceptionum contra poſitiones in verbo: impertinentes.

Sol er als dan in ſeiner Antwort.

Talis reſponſio nego, niſi probetur eſt admittenda, & hæc reſponſio præiudicat, quod ſi actor probat geminata eſt probatio, per teſtes & confeſſionem ex quo ſequitur, quod reſpondens tanquam confeſſus & conuictus non poſſit appellare, ita notat Bald. *in cap. cum acceſſiſſent de conſtit.* & refert Iaſon *in l. actione, C. de tranſacti.* vide de hoc etiã Iaſonem poſt Aret. *in l. 1. § ſi ſtipulanti, de verbor. obligation.* contra *Alex. in conſil. 104. volum. 5.*

Den Articul diſtinguiren.

Vide Philip. Franc. *in cap. præſentium.*

 colum.

col.5.num.16.de teſtibus in 6. Innoc. & Abbas. *in c. dilecta extra de maiorit. & obedient.* Legiſtas in *leg.1.§.ſi quis ſimpliciter de verb.oblig.*

An autem poſitio partim falſa partim vera intuitu falſitatis in totum negari poſſit? Quod ſic: videtur velle glo. *in c.fi. de confeſ.lib.6.Item Spec.in titu.de litis conteſt.§.nunc dicamus poſt princi. & in tit.de poſitionibus. §.ſeptimo quæro, verſ.6.* Contrarium tenet Bald.*in l.2.§.quod obſeruari in 7.colum. C.de iure propter calum. præſtit.* Bart.& Alexan.*in l.1.§.ſi ſtipulanti de verb.oblig.* Et dicit Alexan.illam eſſe communem & veram quando poſitio eſt falſa pro parte in quantitate ſecus in qualitate Abb *in cap.1.col.5.verſ. nunc quæro extra de plus petit.*

§. Zum dritten *circa medium.*

Natura defenſio nulli ad iudicium tracto auferri debet Spec.*in paragrapho finali, de except. & repl.* Ergo quod hic ſta-

ſtatuitur contra ius commune eſt Abb. *in c. à. nobis de except.*

AD TIT. XVI.

Von dem fünfften Termin / auch wie vnnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

QVintum tempus deſeruit nominãdis Commiſſariis, ſi forte adhuc nominati non fuerint, & vbi litigatores in vnum redigi poſſunt, placitum pene eſt, alioqui non conſentienti dabitur dilatio contra nominatos Commiſſarios excipiendi, & rurſus nominanti dilatio ad replicandum & poſt factam ſubmiſſionem iudicis eſt interlocutione ſua declarari, quid fieri iuſtum ſit conceſſa dilatione actori ad probandum articulos ſuos per réũ cõuentũ negatos Nota Commiſſarios nullos oportet admittere, niſi ad functionẽ iudiciariam ſint idonei, etiamſi alioqui boni viri reputentur.

Dila-

Dilationum æſtimatio ex qualitate cauſarum & perſonarum ſumenda eſt, ſecunda tamen vel tertia dilatio, vel prorogationes earum abſque cauſę cognitione concedi non debent: Poſtea quando partes ad probationem ſunt admiſſæ non recipiuntur, interim vlla eorum ſcripta niſi ex magna admodū cauſa & ante introductas probationes eſſent audiendi. Cum actor nullam offert probationem, aut iudex intelligit ex actis vberiori probatione opus non eſſe, tunc actor concluſionis ſcriptum, & quicquid præterea neceſſarium ſuo iuri putauerit inferre debet, ſi non petiti commiſſarii, vel dilatio probandi hoc vt ſupra diximus coram deputatis faciendum,: Procuratores qui multis cauſis onerati ſunt nō, ſed alios peritos & non ſuſpectos dandos commiſſarios in quo tamen partes conſentiant. Sed pone aduerſarium tam delicatum eſſe, vt in nullum conſentire velit, Reſpondeo, iam plerumque primo adhuc illi parti, quæ hoc petit, iniungitur, vt ad-

hue

huc alios non ſuſpectos nominet, vbi hoc factum & nihil releuanter excipiatur, iã Camera illos vel alios quos nouerit idoneos ex officio dare ſolet, vel poteſt reſeruata aduerſario ea poteſtate, vt Notarium adiungere poſſit, & ſiquidem multi cõmiſſarii petantur & contra hos non releuanter excipiatur iam coniunctim & diuiſim dari ſolent. Vidi quoque quod totus Senatus pro commiſſario detur ea adiecta poteſtate, vt illi magis ad hanc rem idoneos ex ipſis eligere & deputare poſſint, ita factum in cauſa Johann Aberſchin contra Lampertum Dael.

In commiſſione plerumque conceditur non ſolum teſtes examinandi, ſed etiam facultas inſtrumenta acceptandi & tranſſumendi: Item copias Der Brieff außzuziehen / Item auff den Augenſchein zurucken vnd den einzunemmen Item ædes æſtimandi vel hoc committendi peritis in ea arte, vt factum in cauſa Flach contra Crantz Petter.

Sed hæc omnia in ſupplicatione petenda

tenda & deinde concedenda. Hodie tamen ſenioribus placuit, quod Commiſſariis non debeat dari illa poteſtas brieffliche Vrkundt vſſzunemmen. ſi in propinquo partes habitent, vel quod ſatis tuto literæ originales huc adferri poſſint; ne ſcilic. detur cauſa admittendi falſitatem. Hoc fallit ſi cauſa iuſta adducatur: nã ſi hoc fiat, iam poteſt ei dari poteſtas brieffliche Vrkunden vſſzunemmen. Alias non datur quoque poteſtas relaxandi iuramentum, quo aduerſarius vel alii obſtricti ſunt ſi ille hoc remittere nolit.

Sed iam quęro: data hac commiſſione, ſi teſtes citati cõmiſſarii imperium contemnant, quid tunc agendum? Reſpondeo, iam Commiſſarium, ſi forte teſtẽ ſub certa pœna pecuniaria citauit iure optimo in illã pœnam cõdemnare poſſe: Sed finge iam & pœnam teſtem ſpernere, quo pacto itaque iam porro contra eum procedendum? Reſpondeo, iam producentem hoc Cameræ per ſupplicationem indicare debere

bere petendo executoriales ratione cõtemnitatis fractæ pœnæ, nec non vlteriores proceſſus vff die Acht contra teſtes contumaces, vt ſic compellantur, quo obedienter coram commiſſario compareant & teſtificentur,& ſi adhuc non compareant,tum in Camera banniuntur. Vidi quoq;, quod contumaces teſtes in Camera in pœnam pecuniariam condemnati ſint, iis denique iniunctum, vt adhuc ſub pœna banni coram Commiſſario compareant,& in cauſa teſtificentur: ſic quoque, quod teſti immediate ſub Camera mandatum ſit cum clauſula, vt etiam coram alio Commiſſario compareat,& in cauſa prout decet deponat: ſic itaq; alii principes & iudices hoc per Compaßbrieff petere poſſunt, vt hic dato Commiſſario, teſtes vel examinẽtur, vel eis mandetur, quo coram iudice, qui hoc petat compareant teſtificenturq;. Ita nuper Albert⁹ Dux Bauariæ hoc petẽs iudici noſtro ſcripſit, ſed finge dilationẽ primam iam effluxam, an etiam Cõmiſſarius

rius ſine vitio nullitatis ad examẽ procedere poſſit, præſertim ſi pars aduerſa hoc nolit admittere? Reſpondeo procedere poſſe, ſi modo deinde ex protocollo conſtet hic in iudicio ſecundam vel tertiam dilationem impetratam. Poteſt itaque contra forte aduerſarii proteſtationem ſemper commiſſarius ſe referre ad protocollũ iudicii Cameræ, ita factũ in cauſa Sein contra Wiede. Sed quid ſi forte pars ſuos teſtes in hoc iudicio Cameræ examinari velit, quo pacto tunc examinatio peragenda? Reſpondeo, hoc vnicuique liberum eſſe, iam tamen ex permiſſione iudicis teſtes primo per pedellum ſunt citandi, ſi pręſentes ſunt, deinde in iudicio præſtant iuramentum, hocq; præſtito iam ſolẽt ex verbali ſaltem commiſſione ipſius iudicis ab vno ex protonotariis examinari, aliquando tamen aliqui ex aſſeſſoribus præſertim in grauiſſimis cauſis adeſſe ſolent, imò vidi, quod in cauſa Pfaltz contra Speyer/ huiuſmodi commiſſio præfecto cãcellariæ conceſſa

ceſſa & vbi contra hunc, ſatis tamen pueriliter exciperetur, iam domini me quoq; pro Commiſſario adiunxerunt & in hac cauſa protonotarium Keller-mann habuimus pro Notario. Notabis inſuper dilationes hic præſertim primam ex officio dari poſſe, tamen ſemper tutius vt prius petantur, ſecunda tamen & tertia quanquam ex cognitione dari non deberent vt ſupra diximus, tamen hoc vſque adeo non obſeruatur. Sed finge ex incuria iudicis vel Commiſſarii factum, quo minus in dilatione petita negotium abſolutum ſit, Quæro itaque, an tum noua dari poſſit vel debeat: Reſpondeo, nequaquam, ſed hoc caſu debet reſtitui tantūmodo ad tempus amiſſum, *l. ſi prætor* §. *quod ſi feriæ, ff. ex quib. cauſ. maio.*

Sed quid ſi procurator in dilatione nullam diligentiam faciat & veniat petens vlteriorem dilationem an audiendus? Reſpondeo, me hoc caſu vidiſſe, D. Burckhart nach ermeſſigung punitum eſſe, & tamen conceſſam dilatio-

nem in cauſa Knorren contra Weſterha-gen: Ibi enim petebat tertiam dilationem & nondum primam vel ſecundam redemerat ex cancellaria, ergo punitus, & ſic ſæpius vidi puniri alios etiam & inter hos D. Weiß in cauſa Rheingraf Thomas contra Pfaltzgraff Georgen ſed cum iuris & ordinationis ſit ꝙ quarta dilatio non poſſit dari ſine iuramento & ſolennitate iuris: hic itaque maxima cõcertatio oritur, an procurator generalis absque ſpeciali mandato hoc iuramentum præſtare poſſit: Et hic tres fuere opiniones, Prima ꝙ procuratorq; nõ habet ſpeciale mandatũ adhuc edictũ iurament præſtare poſſit, ſi alioqui generaliter ſit conſtitutus, vel clauſula generalis in mandato ſit adiecta, idque ratione *c. quod qui ad agendum de procur. lib. 6.* præſertim quod illic in gl. non reperiatur expreſſe ꝙ hoc caſu ſpeciale mandatum exhibendum ſit, & huius ſententiæ fuit Neſer. Et Themar & ſic dixere iudicatũ eſſe in cauſa Furmund contra Karel.

Wiſch

Viſch autem qui ſecundam attulit opinionem, putauit hoc iuramentum comprӕhendi ſub iuramento calumniӕ: igitur procuratorem qui mandatum habeat ad prӕſtandum iuramentum calumniӕ, eum quoque putauit hoc iuramentum prӕſtare poſſe, ſed hӕc opinio videtur reprobari. *in c. pen. extra de teſtib. in gl. in verbo iuramentum.*

Tertia opinio mea fuit, quod ſcilicet putauerim, hoc iuramentum non poſſe prӕſtari niſi ab eo qui ad hoc habet ſpeciale mandatum, idque ex ſubſequentibus rationibus: quia in omni iuramento requiritur ſpeciale mandatum, vt dicit Philip. Franc. *in c. nullum extra de iuramento calumniӕ.* Hinc itaque refert, quod in omni iuramento qualitas iuramenti exprimi debeat in ſpecie *in c. fin. extra de iud. & Clement. Non poteſt de procurat.* & ibi Inno. docet pulchre *in nota 16.* quod ſi procurator habeat ſpeciale mandatum ad iurandum de calumnia non poſſit iurare de veritate dicenda. Nam vt dictum eſt

requiritur qualitas iuramenti, vtpote cum vna ſpecie expreſſa non extendatur illa ſpecies ad aliam ſpeciem non expreſſam, vt dict. Clem. non poteſt de procur. & quod procurator non poſſit iurare, niſi habeat mandatum ſpeciale probatur in *Clement. & M.* vbi Cardinalis Zabar: *de iureiuran.* & quanquam hæc & alia allegarem, nihil tamen obtinui, quin prior ſententia obtinuerit: In cauſa tamen **Langen** contra **Mülich/** 18. Iunii, anno 44. contra primam opinionem videtur iudicatum, ſed de his ſatis.

Quęro autem an prorogatio quartę dilationis, ex iuſta cauſa hic conceditur, & an cum eadem ſolennitate concedenda. Reſpondeo, quod ſic. Paulus Caſt. *in l. fi. §. & omnino, ff. de fer.* ita iudicatum in cauſa **Bremen** contra **Hamburgk.**

Ad §. **Was aber die Dilationes.** *Ibi: abſq; cauſæ cognitione.*

In quo conſiſtat iſta cauſæ cognitio &

& quomodo impedimentum probetur per iura vel per teſtes pulcre, Ange. & DD. *in l. fin. ff. de feriis.* vbi hæc materia eſt &c. Vbi etiam de hoc an detur quinta dilatio vel ſexta, & an fiat reſtitutio propter ferias incidentes, Spec. *de dilat.* Bald. Saly. & DD. *C. de dilat.* Item nota quando impedimentum eſt in iudice vel Commiſſario, tunc debet tempus dilationis ſuppleri, & non dicitur noua dilatio, ſed ſuppletio prioris, Ita Baldus *in Authent. at qui ſemel, in fin. C. de probat.*

Præterea notandum, quod prorogatio quartæ dilationis debeat fieri eadem ſolennitate, qua quarta dilatio. Ita ſæpe iudicatum in Camera, vt in cauſa Myndingen contra Haſpergl *8. Aprilis, Anno 41.* Item Pataujenſis Epiſcopi contra die Maßmandorfiſche Erben, *An. 42. 31. Martii.* Et hæc tenet etiam Fulgoſ. & poſt eum Alexan. *in l. fin. ff. de feriis contr. Ang. & Caſtr. Ibidem.* qui tenet contrarium ea ratione, quod prorogatio non eſſet noua dilatio, & hoc valde notan-

dum putant in practica pro aduocatis vt cum non habeant iuſtam cauſam petendi ſecundã dilationem, quod petãt tunc primæ dilationis prorogationem antequam labatur, & hoc Iaſon ſequitur & Cepolla *cautela 13.* licet loquantur de prorogatione primæ dilationis, & adde notabiliter, quod in ea cauſa Maſʒmandorffiſche Erben / omni dilatione. Quarta etiam ſolenni elapſa, *31. Martii, Anno 42.* ex productis cauſis conceſſa fuit & decreta prorogatio eiuſdem quartæ dilationis, de quo aliquatenus miror, quomodo prorogari potuerit, quod elapſum eſt, niſi forte factum ideo dicemus, vt fugeretur vel euitaretur nomen & ratio quintæ dilationis & vlterioris, quæ forte nunquam vſitata eſt in Camera: ego potius conceſſiſſem ſimpliciter quartam dilationem de nouo, prout iura loquuntur, quarta dilatio datur de nouo caſu vel quæſtione, ſic cum alicui conceſſa eſt, quarta dilatio cum ſolennitate iuris, iuxta *cap. vltra tertiam, de teſtibus.* & præſtito

ſtito iuramento mortuus fuit petens, poſtea lapſo plus quam anni ſpacio filia eiuſdem, tanquam hæres cauſam proſequi volens, iterum petiit ſibi concedi quartam dilationem, quia legitime impedita, vel ſi de iure non competeret petiit ſe vel ad quartam dilationem reſtitui, vel ſibi quintam dilationem concedi vtrum reſtitutio petita aut quarta vel quinta dilatio concedi debeat, deliberarunt & concluſum hóc caſu nô opus eſſe reſtitutione. Primo, quod hæredi vel ſucceſſori datur de iure communi noua dilatio, ergo nihil opus eſt reſtitutione per DD. *in l. oratione, ff. de feriis.*

Deinde cum cauſæ legitimæ appareant ex actis & confeſſione aduerſarii ſcil. de morte & veriſimili ignorantia, vel mala informatione hęredis filiæ, ideo non deneganda ſed concedēda fuit dilatio: Non tamen exprimendum eſt, quod ſit quarta dilatio ſed ſimpliciter illi ſucceſſori illa noua dilatio concedi-

tur ſecundum Specul. *in titul. de teſtibus paragrapho, qualiter, verſ. ſed pœnæ quæ anteceſſori.*

Exinde reſoluitur dubium in quo diu hæſitaui, an ſcilicet de nouo iurandum ſit, cum hoc iuramentum videatur eſſe de forma ſeu ſolennitate iuris ad hũc actum, & in hæredem tranſeant contractus & iudicium defuncti, etiam quoad præſumtum dolum protelationis vel negligentiæ eiuſdem, vnde non iniquum videtur, vt eũdem etiam purgare iubeatur & iurare, quod nouam dilationem nõ petat malitioſe ad protelandum: Tamen pro qualitate huius caſus non neceſſe eſt iurare eo, quod defunctus ſatis purgarit, & in ſucceſſore ceſſet præſumptio protelationis, cũ ipſe nouas qualitates habeat, & ideo tali caſu fuit interlocutum. Iſt D. N. auß fürgebrachten Vrſachen die gebettene dilation von neuwem erkennt / ſed domini noluerunt ponere, vel ſpecificare de quarta dilatione, ne poſtea incidat quæſtio ſeu diſputatio de ſolennitate iuris

iuris, ſed tantum ſimpliciter & indefinite nouam vel forte etiam vltimam & finalem pro omni productione & probatione, quo caſu ſic concepta legatur: Iſt D. Kaden die gebetten oder begehrte Reſtitution der Vierten Dilation abgeſchlagen / aber von Ampts wegen 9. Monat excluſis feriis erkennt vnnd zugelaſſen.

Ibi: Vermög vnnd inhalt der gemeine Rechten.

Ratio eſt, quia omnis dilatio probatoria eſt peremptoria, vnde de rigore iuris poſt terminum non poſſunt amplius teſtes vel inſtrumenta probatoria adduci, attamen de æquitate ſi aduerſarii nō eſt factum deterius, etiam poſt lapſum terminum aliæ dilationes dari poſſunt, quod ſine cauſæ cognitione diiudicari non poteſt. Non mirum ergo ſi ſecunda vel tertia dilatio ſine cauſæ cognitione dari non poſſit, Ange. in *l. final. de dilat.* Lanfran. *fol. 100.* vide Spe-

cul. §. *1. de procur.* Philip. Franc. & DD. *in c. qui ad agendum, de procur. in 6.*

AD TIT. XVII.

Von dem Sechſten Termin/ auch wie vnnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

LApſo iam tempore, quod actori ad probationem præſcriptum eſt, petit idem actor publicationem teſtium, à ſe productorum, aliaque iura ſua & inſtrumenta profert. Reus conuentus poſtulat omnium productorum exempla & dilationem ad legitimam cótradictionem, poteſt tamen, ſi voluerit generaliter ex non ſcripto ſtatim contradicere talia, ſcilic. eſſe actoris producta, quæ intentioni illius nihil patrocinentur.

Ad §. *1.*

Nota, quod differens producere inſtru-

ſtrumenta vſque ad finem litis non eſt audiendus, niſi refuſis expenſis, ita Baldus *in cap. exceptio, in princip. extra de except.* Felin. *in capit. ad audientiam, 2. extra de præſcript.*

AD TIT. XVIII.

Von dem ſiebenden Termin/auch wie vnnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

ADuerſus probationes ab actore introductas reus conuentus exhibet defenſiones ſuas; quod ſi prolixius tempus magnitudo & varietas litis deſiderauerit, decerni oportebit.

AD TIT. XIX.

Von dem achten Termin/auch wie vnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

Contra exceptiones rei conuenti actor exhibet ſuas replicationes, & inſuper omnia, quibus vti vult ad iuſtificationem intentionis ſuæ reus petit exempla, & dilationem ad duplicandum.

AD TIT. XX.

Von dem Neunten Termin/auch wie vnnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

Reus conuentus ſimili modo replicationes ſuas & omnia ad cauſam pertinentia exhibebit, decernitur terminus

minus ad concludendum, ſed quæro, ſi intra tempus ordinationis vel per decretum datum (nam in hoc ordinario proceſſu & cauſis ciuilibus plerumque vt ſupra diximus tres comminationes dari ſolent) duplicam vel forte replicam non adduxerit, an etiam poſtea admittenda? Reſpondeo, ſtricto iure non admittendam: tamen cum in hoc ſupremo iudicio illa ſcrupuloſitas non vſque adeo attendatur, ſed magis ex æquo & bono procedatur, vidi quod admiſſæ ſint, & hoc nihil curatum, ſi alioquin ad rem facerent, tamen expenſæ contumaciæ refundendæ, ſi modo petantur, & non releuans cauſa adducatur in cauſa Münſter contra Teckelburgk/factum.

Ibi. Vnd in derſelbigen *omnia* zu produciren.

Hic terminus de iure ſubſtantialis eſt, videlicet, vt concludatur, *c. quoniam extra de probat. Authent. iubemus, C. de iud.*

Nota

Nota quod hic terminus ad producendum omnia introductus eſt à iure Canonico, nam de iure ciuili tantum terminus ad concludendum datur *iuxta d. auth. iubemus, C. de iud.*

AD TIT. XXI.

Von dem zehenden / auch wie vnnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

Concluſio actoris editur ex ſcripto, ita ſcilicet, ne noui aliquid adducatur, niſi iureiurando affirmet, ſe iam primum reſciuiſſe, & datum reo conuento petenti dilatio ad concludendum.

TIT.

TIT. XXII.

Von dem Eilfften / auch wie vnnd was in demſelben gehandelt werden ſoll.

SImiliter hoc tempore reus conuentus concluſiones ſuas citra omnem nouitatem ex actis tantum deductas edere poteſt. Cæterum vtcunque ab vna parte vel vtraque ex ſcripto ſit concluſum, ſemper tamen concluſionis ſolennitas verbotenus expedienda eſt, & quidē breuiter his verbis: In cauſa Lucii cōtra Caium, dico omnia aduerſarii acta iure prorſus inutilia eſſe, & monumenta in ea, repetens ſubiicio iudicatoriæ cognitioni. Quod ſi aliquid noui incidiſſe alteruter litigatorū iuramento affirmare voluerit, vtique admittendus eſt & petat reſciſſionem concluſionis, & quæ ſibi profutura putauerit, eadem ſcripto exponat, audita ſimiliter aduerſarii defenſione.

AD

AD TIT. XXIII.

Von mündlichen Beſchlüſſen/wie vnd wann dieſelben geſchehen ſollen.

REgula vbi reus verbaliter concluſerit, iam actor ſtatim idem vel ad proximum facere debet, Item ſi procuratorib. iniuncta ſit concluſio, tū vel incontinenti iuxta decretum concludere debēt, vel cauſa debet acceptari pro concluſa. Vſus tamen obtinuit, quod hic ſimplex vel finalis comminatio dari ſoleat, antequam cauſa acceptetur pro concluſa: Concluſio autem plerumq; ita fit à procuratoribus: In cauſa N. contra N. dico, quod aduerſarii adducta generalia, repetens exhibita & omnia priora, me deſuper ſubmittendo cum oblatione, ſi quid facti. Offerunt enim in his verbis, ſi quid forte in facto conſiſtat, quod nondū ſatis probatum, quod hoc adhuc probare velint & poſſint,

ſint, ſic itaque facta concluſione pronunciandum eſt, niſi iudex putauerit, facta reſciſſione adhuc aliquid probandum, hoc enim tunc ex officio iniungitur & prius tamen reſcinditur ex officio concluſio.

Idem obſeruatur ſi pars periuramentum dicat, modo in ſcriptis indicet, ſe poſt concluſionem aliquid noui repeririſſe. In Ord. *fol. 148.* Et ſic nuper vidi pronunciari, ſed quid ſi actor vel reus appellās vel appellatus, vbi ab vno concluſum, alter forte defenſiones aut articulata grauamina, vel aliquid aliud exhibeat, idque aduerſarius nolit tanquam nihil ad cauſam faciens admittere, & ſic deſuper fiat concluſio: Quæro itaque, ſi iudex in referendo inueniat cauſam ſatis inſtructam, & illam nihil ad rem facere, ſed potius differendi negotii cauſa adferri, an iam aduerſario concluſionem iniungere debeat? Reſpondeo, id fieri non ſolere, ſed ita ſæpius me præſente obſeruatum, vt cauſa ex officio pro concluſa acceptata ſit, &

negotium vel per ſententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam abſolutum ſit, & recte.

AD TIT. XXIIII.

Von dem Erſten Termin/in dilatoriis.

POſt exhibitum libellũ reus in ſcriptis & articulatim ſuas exceptiones iuxta ordinationem exhibere debet. Et hæc regula generaliter vera eſt, quia in omnibus cauſis ſimplicis quærelæ appellationis & mandati, ſine clauſula vbi alioqui præpropere etiam ſine litis conteſtatione procedi ſolet, locum habet: imo etiam procedit, vbi quis negat iuſtitiam protractam vel denegatam, tum enim & in ſimilibus caſibus admittuntur exceptiones dilatoriæ, & ſiquidem probentur nequaquam cauſa acceptatur: Hæc tamen regula fallit. Primo in cauſis fractæ pacis, illic enim regulariter non admittitur talis

exce-

exceptio. Secũdo etiam non procedit vbi iuxta nouum ordinationis articulũ pignora capta vel homines in carcerẽ detruſi dicuntur. Hæc tamẽ exceptio rurſus patitur reſtrictionẽ. Tertio fallit in cauſis fiſcalibus, in aliis caſibus in- quibus iuxta ordinationẽ quis in prima inſtantia vel ſecunda in Camera conueniri poteſt hoc ſupr. diximus: nolo itaq; cuculi in morẽ repetere, ſed quæro an etiã in cauſis feudalibus forum hic declinare quis poſſit, veluti ſi dicat cauſam non deuolutã, ideo quod non gradatim, à paribus curiæ huc appellatum ſit? Reſpõdendũ poſſe. Ita iudicatum in cauſa Hatzfeldt cõtra Leg. Ego tamẽ obſeruaui, quod non à paribus curiæ, etſi dominus feudi vna cum paribus per alium delegatum à ſe ad iſtam cauſam datum iudicaſſet præſertim ſi pars appellata nihil contra iuriſdictionem opponat, domino feudi omiſſo ad Cameram appellari poſſit. Ita factũ in cauſa Der contra Orcken, idq; iure fieri poſſe putauerim iuxt. *c. ſancimus quo tẽp.*

mil. &t. Et quæ ibi tradit gl. *in verb. feudorum.*

Tamen vt verum fatear, cõtrarium videtur decidere, Abb. *in c. cæterum, extra de iud.* ibi enim putat, quod etiam in feudalibus gradatim appellandum ſit, idque facile admiſero, ſi ille iudex, qui paribus curiæ adiunctus eſt, ſit ſpecialis alicuius cauſæ feudalis commiſſarius & non generalis; hoc enim caſu vulgo notum eſt à delegato ad delegantem appellandum eſſe, *l. 1. ff. qui & à quo appell. poſſit.* ſecus itaque mea ſententia dicendum eſſet, ſi princeps aliquis generalem ſtatuiſſet Iudicem cauſarum feudalium. Iam enim omiſſo principe huc appellari poſſe & debere ſemper putaui, non obſtãte etiam quacunque conſuetudine, iuxta *c. 2. de conſuetud. lib. 6.* tamen & hoc caſu vidi, quod admiſſi ſint articuli, quibus aſſerebatur, notum eſſe & ex longa cõſuetudine introductum, quod à iudice feudali Epiſcopi Bambergenſis & eiuſdẽ paribus curiæ non ad Cameram, ſed ad ipſum Epiſcopum

ap-

appellari deberet, idque factum in cauſa Nicolai Lobecke contra Marſtall / Epiſcopi tamen Salisburgenſis, VVirtzburgenſis & Monaſterienſis hoc caſu appellationes admittere ſolent, vidi tamen in Diocæſi Colonienſi, quod cum Notarius à ſententia parium Curiæ appellare voluit, ipſum pene ſubmerſum eſſe, ſed fuga vitam liberauit. Ex his itaque patet etiam in cauſis appellationum exceptiones declinatorias, in quibus tamen cauſa principalis non diſputanda, admitti.

Quarto & poſtremo fallit dicta regula in illis cauſis, vbi principalis à cauſa incidenti vel iuriſdictionis ſiue competentiæ ſeparari non poteſt: Illic enim in principali procedendum non obſtantibus, quibuſcunque exceptionibus.

AD TIT. XXV.

Von dem andern Termin *in dilatoriis.*

AD TIT. XXVI.

Von dem dritten Termin *in dilatoriis.*

IN ſecundo termino actor vel appellans reſpondere articulis debet. In tertio autem termino, reus ſi ſui articuli releuantes & iiſdem reſponſum ſit, probare debet, vt ſupra diximus in principali negotio, ſi vero nihil ab actore reſponſum, ſed replicatum ſit, iam reus articulatis replicis reſpondere debet, ſi iſtæ negatæ, iam replicātis eſt probare, contra ſummariam autem replicam reus poteſt duplicare: Vltra duplicam non ſunt hic exhibita admittenda, ſed iam ad minus ad ſextam audientiam in omnibus cauſis concludendum. Et ſi iam per ſententiam reiiciuntur iſtæ exce-

exceptiones, tunc iniungitur litis conteſtatio, ſi modo libellus concludens exhibitus ſit, & excipiens condẽnatur in expenſis, ſi exceptiones friuolæ ſint, Et ſiquidem expreſſe nõ iniungeretur litis conteſtatio, iam tamẽ ipſe reus ſtatim cogitur iuxta ordinationem litem conteſtari. *fol. 150. fa. 2.* Hoc tamen annotandũ, quod procuratoribus & non partibus litis conteſtatio & cætera vſq; ad ſententiam diffinitimam iniungantur ita concluſum in cauſa conuentus S. Gertrudis zu Frieburg contra Hanſen walter von Hirnheim. Sed quæro an ratione conſuetudinis litis conteſtatio omitti poſſit? Reſpondendũ quod ſic, & hoc vſu ille actus qui celebrari ſolet poſt litis conteſtationem habetur pro litis conteſtatione. Abb. in *c. præterea ex. de iudic.*

Notabis, quod deuolutionis verbo in cauſis appellationũ, cõpetentiæ vero in cauſis ſimplicis querelę in iudicio cameræ vtãtur, hoc caſu itaq; & modo in cauſis deuolutionis appellationum

videtur remitti, per hoc, quod expreſſe nō acceptatur. Præterea hoc volui obiter ſubiicere, ſi à iudice incompetenti (veluti, ſi Laicus in cauſa matrimoniali, vel alia Spirituali pronunciaſſet, vt paſſim hodie in Germania fieri ſolet, & adhuc vtut fieri poteſt, ſi modo immediate ſub Camera eſt) appellatum ſit. Item ſi iudex non feudalis de feudo pronunciaret & ab illa ſentētia huc ad Cameram appellatum ſit, iam quidem acceptantur illæ cauſæ appellationum, & deinde vbi prædicta ſic ſe habere probatum ſit, vel alioqui ex cauſa relucceāt, iam ſaltem ex officio, ſi modo per partem hoc non ſit petitum, pronunciatur nulliter proceſſum, & definitum remittendo partes & cauſas ad competentem & ordinarium iudicem, cum condemnatione expenſarum. In cauſis vero competentiæ, vel ſimplicis querelæ ſic plerunque pronunciatur, quod ſcilicet reus abſoluatur à citatione & inſtantia, das nemlich der beklagter erledigt werde / von der Ladung vnnd Rechtſ-

ſtandt in cauſis vero mandati, ſi allegetur mandatum falſo & doloſe ſubreptitie impetratum, idque probetur iam plerũque caſſantur mandata, vidi quoque quod in mandatis ſo vff die newe ordnung deß fahens außgebracht non ſolum mandatum caſſatum ſit, ſed etiam in ſententia reſeruatum, quod in principali negotio coram competente iudice procedere poſſint, ita factum in cauſa Waldeck contra Büern: Obſeruaui quoque quod in cauſa mandati etiam hoc pacto pronunciatum, quod cauſa nõ ſit acceptata & q̧ partes ſi volint poſſint ſeſe coram competente iudice conuenire, ita factũ in cauſa Stein contra Trier vbi vero cauſa acceptatur Iſt ſolche ſach an dieſem Key. Cammergericht beſchehener einrede vnverhindert angenommen vnd erkennt das D. N. vff einkommen Libell den rechtlichen krieg zu befeſtigen ſchuldig / ſi vero non valet libellus, tum ſub conditione iniungitur litis conteſtatio ſi ille formaliter, libella-

libellauerit quod tum deſuper lis conteſtari debeat.

AD TIT. XXVII.

Von dem Erſten Termin in endlichen Außzügen.

AD TIT. XXVIII.

Von dem zweyten Termin in endtlicher Exception.

AD TIT. XXIX.

Von dem dritten vnnd andern nachfolgenden Terminen in endtlicher Exception.

DE exceptionibus peremptoriis, item de articulis replicatoriis notãdum eſt, quod hic exceptiones replicæ

& duplicæ debeant formari articulorum more. Item ſuper facto *c.2. de confeſ. in 6.* Nam ad articulos iuris nemo tenetur reſpondere Panorm. *in c. ſæpe de appell.* gloſſ. & Bart. *in l. ornamentorum, ff. de auro & argent. leg.* Sed & articulis, qui ſuper conſuetudine vel ſtatutis fundantur reſponderi debet, Bald. *in l. 1. C. quæ ſit long. conſuetud. & in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.*

Ad §. 1. Nach gethaner Kriegs Befeſtigung.

Sunt tamen quædam exceptiones litis ingreſſum impedientes, quæ ante litis conteſtationem opponi poſſunt, quales ſunt omnes exceptiones peremptoriæ, dummodo in continenti probari poſſint. Nam ſi altiorem indaginem requirant, reſeruantur poſt litis conteſtationem.

De

De exceptionibus peremptoriis proponendis.

Exceptiones peremptoriæ ſimul omnes poſt litem conteſtatam, vna cum reſpõſionibus ad articulos actoris proponendæ ſunt, niſi poſtea ad notitiam rei conuenti peruenerint, idque iureiurando affirmare voluerit. Actor ad articulos peremptorios ſigillatim reſponderit, aut ſi negandum ex his nihil duxerit, ſed oſtendere voluerit in ea ſpecie iniuſtas eſſe replicationes ſuas edet, negatorum articulorum probatio reo eſt decernenda: Ad replicatorios actoris articulos reus conuentus hoc termino reſpondebit, ſi negandos duxerit, alioquin duplicationes obiiciet, Negatorum articulorum actori decernitur probatio: Ad obiectas vero duplicationes rei confutandas actor impetrabit dilationem triplicandi, concludendi: Vltra triplicationem vero regulariter non eſt admittenda obie-

ctio

ctio ſed litigatores ad concludendum obligantur.

Item ibi Auff den vierdten Termin neben.

Iudex ſtatuere poteſt terminũ ad producendũ omnes exceptiones peremptorias, *l.2.in prin.C.de temp.appel. l.nonnunquam c.de iud.* Item poteſt ex cauſis terminũ præfixum prolongare, dummodo prolõgatio fiat ante lapſum terminum. *l.ſi dies ff. de arbitr. Bart.in l.1.ff. de dilat.*

Ad §. Vnd ſollen *ibi*, Es were dann daß.

Poteſt quoque iudex ſtatuere terminũ ad omnes dilatorias proponendas poſt quem excipientem non audiet, niſi in tribus caſibus, quorum duo hic exprimuntur, textus expreſſus *in c. paſtoralis ext. de except. idcirca de electio. in 6.*

Reum poſt litis conteſtationem *in* 4. termino cauſæ principalis vna cum reſponſionibus ſuas exceptiones peremptoriales omnes q̄ prius nō ſunt reiectæ inſcriptis exhibere debere, *fo.151.* In ſecundo termino actor vel appellās deſuper reſpondere vel replicare debet.

In tertio termino ſeruandum & peragendum quod iam indicauimus in dilatoriis exceptionibus faciendum eo excepto, quod hic triplica actoris admittitur.

AD TIT. XXX.

Von der gegen klag wie in derſelben Procedirt werden ſoll.

Reconuentionem ante litis conteſtationē vel ad ſecūdam poſt litis cōteſtationē exhibendam, vt ſimultaneo proceſſu peragatur, alioqui vſq; ad concluſionē differri poteſt, quæro an re⁹ in recōuētione procedere poſsit? reſ. poſſe, *Bart. in l. conſequenter C. de ſu. & iur. &* idem

idem in reconuento, & iam iudex poteſt ſtatim pronunciare, Bald. *in l. Papinianus, de ſententiis, & interlocut.* Tamen hæc Regula non habet locum in cauſa fractæ pacis & hoc vſq; adeo procedit, vt etiamſi tantũmodo in puncto Mandati, quo ad reſtitutionem procedatur, hoc tamen caſu neque in diuerſo ſpolio admittitur reconuentio, quod dicta reſtitutio incidenter petitur, ita iudicatum in cauſa Aach contra Gülch/ Tum quoque generaliter in omnibus cauſis criminalibus non habet locum reconuentio, vt ſcilicet vno & ſimultaneo proceſſu abſolui poſſit, Reaccuſatio autem, ſi in diuerſis proceſſibus peragatur vtique admittitur, Ita deciſum in cauſa Helffenſtein contra Vlm.

Ad §. 1. Vnnd darauff zugleich procedirt.

Nam procedente actore reus in reconuentione poteſt procedere & ferri ſententia diffinitiua, etſi in altera cauſa

non-

nōdum fuit concluſum, poteſt tamen altera pars poſt ſententiam cauſam ſuam inſtitutam proſequi Bart. & Bald. in *Authen. & conſequentes. C. de ſenten. & interlocut. vide Panorm. in c, 1. & 2. extra de mut. petit.*

AD TIT. XXXI.

Vom Erſten Termin in zweyter Inſtantz / wie vnd was in denſelbigen gehandelt werden ſoll.

IN primo termino appellans per procuratorē rite cōſtitutum comparere & reproducere debet citationem, inhibitionem & compulſoriales, deinde inſtrumentum appellationis, acta prioris inſtantiæ & libellum appellationis exhibere: Vidi tamen Inſtrumentum appellationis non reproductum in cauſa Eiger contra Beiger / Tum quoque in illis cauſis, vbi non eſt decreta inhibitio, ibi etiam non eſt neceſſarium, vt ea

exhibeatur: Et hoc ſciendum, quod vbi ab interlocutoria huc appellatur, & adhuc aliquid dubitationis eſt, & quod Camera ſit iudex competens vel non, Iam licet plerumque citationes periculo partium decernãtur inhibitio autem ſtatim niſi poſt litis conteſtationem concedi non ſolet: Hoc tamen rurſus fallit in iudicibus in Rottweile contra hos enim ſtatim decernitur inhibitio.

Ad §. 1. *Ibi.* Acta voriger Inſtantz.

Appellans producit acta *l. à proconſulibus, C. de appellat. Bart. in l. 1. C. ſi tutor vel curat. appell.* & hoc ſiue ab interlocutoria ſiue à diffinitiua ſit appellatum procedit. *Guid. Pap. conſ. 77.*

Ad §. Und was erſtlich. *Ibi* Soll es mit demſelben.

Iſta relatio non eſt facienda ad articulum ibi poſitum de circumductione edicti

edicti neutro comparente, quia ille articulus eſt exorbitans à iure communi & eſt diuerſa ratio in ſecunda inſtantia propter lapſum fatalium. Vnde circumductio non tam facile admittenda & ita communiter concluſum eſt, in toto conſilio *7. Nouemb. anno 48.*

Ad §. So ſollen für das ander.

Formalia appellationum in primo termino ſtatim verificantur per acta vel inſtrumenta appellationis, ſi ſit coram Notario appellatum.

Ad §. Derwegen/ *Ibi.* Sol er einen.

In primo termino vel producit acta vel inſtrumenta requiſitionis, ſin minus in eodem termino petit compulſoriales. De materia autem compulſorialium, vide Dd. *in l. 2. C. de edendo, & in l. 1. ff. eod.*

Ad §. So ferr von deiner.

Et ſic articulus iſte cum ſequenti expreſſe diſtinguit interlocutorias continentes grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua & interlocutorias habẽtes vim diffinitiuæ, id quod multis rationibus probat, Aretin. *conſil.20.*

Ibi inſtrumentum oder Schedulen.

Hic nota, quod Iudex appellationis ex officio poteſt condemnare appellatum, iuxta petitionem libelli, in prima inſtantia datam, etiamſi appellans in libello appellationis, id in ſpecie non petierit, Felin. in *c. cum cauſam, de re iud.*

Ad §. Wa aber von einer Endtvrtheil.

Quæ ſint iſtæ interlocutoriæ habentes

bentes vim diffinitiuæ &quomodo co-gnoſcantur regulariter,& harum plura exempla vide late per Felin. *in rubric. extra de re iud.*

Talis eſt ſententia competentiæ,abſolutionis ab inſtantia vel obſeruatione iudicii deſertionis ſuper reuocatione attentatorum,de procedēdo in cauſa. Item exceptionem peremptoriam obſtare vel non probatum eſſe, & ſimiles. Quod licet ſequatur vel expectetur aliquando diffinitiua alia,tamen hæ feruntur ſuper eo, in quo dependet victoria cauſæ:adferunt enim vel pariunt præiudicium ſuper toto negocio, vel ſuper aliquo fundamento principali & ſubſtantiali illius negotii, & hoc etiam importat nomen ipſum, quod ita præiudicet, ſicut diffinitiua. Ita Bald, *in l. 1. C. quando prouocar. non eſt neceſſe, Bart. in l. Titia de accuſat.*

Ad §. Somit vnnd neben.

Dicuntur attentata non ſolum poſt appellationem ſed etiam intra decimum diem appellationis facta. *c. non ſolum de appellation. in 6. vbi vide gloſ. fin.* Quando appellans facit ſe indignum beneficio appellationis & iudex procedere poteſt ac ſi appellatū non eſſet quando iudex ad quem poſſit inhibere ſiue à diffinitiua ſiue ab interlocutoria appellatur vide *c. Romana §. ſi vero cum §. ſequenti in 6.* nempe cum de deuolutione conſtet.

Item in interlocutoriis cum iudex recepta appellatione ex cauſa ſaltem probabili de veritate eius incepit cognoſcere hoc eſt deuoluta & recepta cauſa appellationis vide pulchre Aret. *conſilio. 29. col. 3.* vbi dicit ante citationem appellati & receptionem appellationis non eſſe inhibendum & ſubdit quia cognitio an ſit iudex debet pręcedere

cedere ante exercitium iuriſdictionis. *c. ſuper literis de reſcript.*

Sed Camera non ita ſeruat vbi quoties iuriſdictio ſaltem ex narratione appellãtis inhibetur ſiue ab interlocutoria ſiue à diffinitiua appelletur, dummodo appellabilis & quando poſt inhibitionem procedit iudex à quo illa tanquam attentata reuocantur etiam ab interlocutoria alias ſecus niſi probata veritate cauſæ appellationis, *c. non ſolũ eod. tit. in 6.* de hac re late Spec. *in tit. de appell. §. officium iudicis ad quem* & *paragrapho ſeq.* vbi materiam attentatorũ plane tractat licet ſatis confuſe & obſcure.

Ad §. Vnd ſolle ſolche ſach attentatorum.

Cauſa attentatorum eſt priuilegiata ipſo iure quia attentata ante omnia reuocari debent nec cogitur quis litem conteſtari in principali niſi attentatis reuocatis imo niſi expenſis quoque

ſolutis & ſic obſeruatur in Camera, Item Attentata ſine libello ex mero & puro Iudicis officio reuocantur in priſtinum ſtatum nec opus eſt, litis conteſtatione gl. *ordinaria in Clemen. fin. vt lite pendente, & c. cum M. de conſtitut.* Sed tamen cum libellus præſertim articulatus in cauſa attentatorum datur, tunc litis conteſtatio in Camera imponitur.

Notabis præterea, quod quando coram Notario appellatur, & iudici à quo non inſinuatur, neque Camera inhibet: tunc ſi iudex inferior procedit ad executionem, iſta non ſunt attentata, neque reuocantur niſi iuſtificata cauſa appellationis, vide ſupra *libro ſecundo, titul. 29.*

Ad §. Vnnd dieweil.

Docet hic §. Iudicium cauſæ principalis non deberi ſuſpendi à cauſa attentatorum, quod etiam iure communi defendi poteſt per *l. ſi conſtiterit. C. fin. reg.*

regun.& ſic Bart.& Alex.*in l.naturaliter, de acqui.poſſ.Affl.deciſ.131.* licet moderni ibidem contrarium teneant *Aret.& Iaſ.*

Quid autem ſi in cauſa principali ſit concluſum, ſed cauſa attentatorũ nondum ſit ad finem perducta, an in principali nihilominus pronunciari poſſit? Quod videtur per iſta verba, vnnd keine durch die ander verhindert werden. Sed ego puto contrarium verum, quia ordinatio loquitur ſaltem quo ad proceſſum vtriuſq; cauſæ, & ne vna impediat alteram, permittit, vt ſimul tractari poſſint per partes. Quo autem ad pronunciationem iudicis diffinitiuã pronunciandum cenſeo tantisper in principali non eſſe procedendum donec attentatorum iudicium ad finem perducatur, quo facto primo in cauſa Attẽtatorum, deinde in cauſa principali pronunciare debere, vide Guid.Pap. *deciſ.436.circa finem.* Ioan. Andr.*in c.non ſolum, in nouell.de appell.in 6* Bald.& Saly: *in l.3.C.eo.ex voto Mynſingeri* in cauſa Knoblach contra Hagennaw/ *Mynſ.cent 3.obſ.33.*

Ad eundem §. Ibi. Vor allen dingen.

Et hoc eſt ſingulare Spec. *de appell. §. nouiſſime, colum. 4. verſ. & nota quod hodie Dd. in c. ſæpe de reſtitut. ſpol.* ne compellatur inuitus in cauſa principali procedere, *d. c. nō ſolum.* Imo etiam non compellitur: niſi ſolutis expenſis in cauſis attentatorum ita obſeruatur etiam in Camera. Vt in cauſa Chriſtophori von Maj contra Gaddermann/ ad quod facit quod dicit Philip. Franc. *in c. conſuluit. extra eod.*

Ad §. Weiter ſoll dem. *ibi acta ad exſcribendum.*

Quid autem ſi appellans nolit conſentire in actorum communicationem. Certe appellatus tenetur redimere ſuis expenſis è cancellaria, ita fuit iudicatum in cauſa Bertholdt Halb banniti contra Rüdingern/ *13. Maii Anno 41.*

AD

AD TIT. XXXII.

Von dem zweyten Termin/in der andern Inſtanz wie vnnd was in demſelbigen gehandelt werden ſoll.

HIc impugnari formalia appellationis poſſunt, itẽ excipi contra forũ vel deuolutionem poteſt, &c. ſed ſi appellatus forte non velit vel non poſſit forum declinare, iam vtiq; paucis verbis in hoc termino debet litem conteſtari.

Praxis.

Hoc pacto lis conteſtanda ab aduerſario appellato, vbi confirmatio prioris Inſtantiæ tantummodo petitur in Sachen N. contra N. bin ich der Appellation Klag nit geſtendig/bitt zu erkeñen das wol geurtheilt/vbel appellirt mit erſtattung Koſten vnd Schäden.

Et notandum quod expenſæ petendæ, vt ſuo loco latius dicemus.

Vbi vero à grauamine extraiudiciali ad Cameram appellatum, iam ſic lis conteſtanda. Jn ſachen N. contra N. bitt zu erkennen / daß wol geurtheilt/vnnd vbel prouocirt / cum condemnatione expenſarum.

Vbi vero appellatus petit reformationem ſententiæ, iam hoc modo lis conteſtanda. Jn ſachen N. contra N. bitt die Vrtheil zu reformiren/vnnd zu erkennen/ daß an dem ort wol / vnnd an dem ort vbel oder nichtiglich geurtheilt/ mit erſtattung Koſtens vnd Schadens.

Si libellus articulatus eſt exhibitus, appellans repetit libellum loco articulorum vel grauaminum, petens vt ibi petitum, tum rei eſt litem negatiue cõteſtari, ſi vero ſimplex libellus exhibitus ſit, iam hoc pacto dicendum contra adducta repeto libellum appellatorium, petens iuxta ordinationem vlteriorem dilationem, ſi tamen appellans nihil noui poteſt vel vult adducere, Jam paucis poteſt repetere libellum appellationis, & acta prioris inſtantiæ

petens

petens prout in libello appellationis petitum exiſtit.

Notandum quoque, quod hic diligenter petitiones faciendæ ſunt, nam iuxta eas ſolent & debent ſententiæ formari, vulgo enim & recte dici ſolet, ſtultum eſſe iudicem, qui vltra petita aliquem condemnet, & hoc tamen non poſſum non adiicere, quod plerunque, vbi à grauamine extraiudiciali huc appellatum eſt, & ex actis appareat, vt etiam in Camera definiatur, à priori iudice male actum, & bene huc prouocatum.

Quod, inquam, hoc caſu partibus iniungitur, vt in principali cauſa in Camera procedi debeat, ſic quoque vidi obſeruari, quod ſcilicet cauſa principalis reſeruata, vbi ex actis non poterat colligi ordo ad iuſtiſſimum grauamen, tamen cum ipſe prior iudex inordinatè & non ſine ſuſpicione proceſſiſſet, pronunciabatur à priore iudice, appellantem bene appellaſſe, & iam in principali cauſa in Camera procedendum.

Ita

Ita factum in cauſa Wilckman contra Schmalckpfeffer.

Neque hoc prætermittendum, quod plerunq; hoc pacto ſentẽtiæ reformentur in cauſa N. contra N. definitum eſt, quod prior ſententia reformanda vti iã reformamus & decernimus hoc illud &c. faciendũ. Et hoc tamen nõ eſt prætermittendum, quod Iudex no ſemper petitionem ſequi debeat, ſed potius veritatem & probationes ſecundum probata eãq; iudicare debet, ſic itaq; iudex ſemper id agere debet, vt ſententia ſit conformis libello, quo ad res petitas in libello, & cauſas ex quibus agitur: non enim poteſt vel debet ex alia cauſa reũ cõdemnare, neq; ſuper aliis rebus in libello nõ expreſſis prõnũciare: Hæc tamẽ regula fallit in criminalib. in illis cognitio & iudicis diſcretioni, & arbitrio relicta Bart. & Bald. *in l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his qui notan. inf.* Itaq; in illis cauſis non poteſt plus peti *l. poſtulauerit, §. 1. & ibi gl. 1. ff. eo.*

Sed redeamus ad propoſitum. In hoc ita-

itaque ſecundo termino poſt litis conteſtationem, iuramentum calumniæ præſtandum, etiamſi in prima Inſtantia præſtitum dummodo petatur.

Ad §. Wo aber der Appellat.

An & quando in cauſa appellationis neceſſaria ſit litis conteſtatio ſiue ab interlocutoria ſiue à diffinitiua appellatũ eſt. Vide plene Phil. Franc. *in c. per tuas, extra de appell. in 6. n. 9.* Et concludit ſi pars eſt pſẽs per ſe vel per procuratorem, nam ſi abeſt litis conteſtatio non eſt neceſſaria. *l. final.* §. *Illud, Cõdic. de tempor. appellation. l. ampliorem Cod. de appellat. Bart. in l. 1. C. ne liceat in vna cauſa 3. app. vide deciſ. Rotæ 8. in nouis & addit. ibidem* quod de iure in cauſa appellationis procedi poſſit ad ſententiam ſine litis conteſtatione licet non ſine citatione *d. l. fin.* §. *illud. c. Romana* §. *ſi vero, de appel. in 6.*

Ad §. *fin. ibi:* So ferr der Appell.

Nota q; ſicut in cauſa appellationes

lis

lis iterum conteſtatur, ita reiteratur ſimiliter iuramentum calumniæ, *text. in c. 2. de iuram. calum. in 6. Bald. in Auth. hoc ſacramentum C. eod.*

AD TIT. XXXIII.

Von dem dritten vnnd andern nachfolgenden Termin in der andern Inſtantz wie vnnd was in denſelben gehandelt werden ſoll.

HIc primo appellans, ſi nihil noui adducere velit, & vt ſupra diximus non concluſerit, iam verbaliter concludere vel in ſcriptis poteſt. Idem quoque appellatus hoc caſu facere debet, neque vlteriora exhibita iſto caſu admittuntur.

Si vero appellans vel appellatus aliquid noui adducere vel probare velit, articulatim in hoc termino adduci debet, ita tamen vt articuli conformes

ſint

ſint & fluāt ex priori libello & actione hoc caſu .n. vbi à ſententia diffinitiua vel q̄ vim diffinitiuæ habet, appellatū & appellationē ex iuſtis cauſis iuſtificari poſſe certū eſt. Et ſic appellās poteſt ſua grauamina articulatim ꝓponere: quid igitur an appellatus, ex quo communis ſit appellatio, poſſit etiam ſua grauamina adducere & petere, vt ſententia reformetur, etiamſi ipſe non appellaſſet? Reſpondeo, poſſe. Ita factum in cauſa Brandt contra Meſſing.

Denique & hic peremptoriales exceptiones de nouo adduci poſſunt: Quomodo autem in illis procedēdum ſit, ſupra diximus.

§. Vnnd ſoll. *Ibi:* Auß den Acten voriger Inſtanß.

Appellatio ab interlocutoria regulariter iuſtificatur ex prioribus actis. *Clemen. appellationem, de appella. Bart. in l. per hanc, C. de temp. appell. c. interpoſita, de appell. vbi Abb. Franc. & alii.* Hoc fallit

ſi interlocutoria habeat vim diffinitiuæ. Phil. Franc. *in cap. peruenit, 2. de appellat. num. 8.*

Appellationem ex actis antiquis, & ſimul ex actis nouis iuſtificari poſſe, puta, ſi à diffinitiua ſiue interlocutoria habente vim diffinitiuæ ſit appellatum. Rota *deciſion. 88. in nouis.* Ioann. Andr. *in dict. capit. peruenit & Bald. in l. minoribus, C. de his quibus vt indig.* dicens, quod Clem. *appellationem de appel.* locum non habeat in tali interlocutoria.

§. *Item ibi:* Doch daß die newen *articuli.*

Vide Zaſium *in §. ſi minus, Inſtitut. de actionibus.* Appellans non poteſt nouam actionem inſtituere, ſed cogitur priori inhærere. *cap. cum Ioannes, vbi glo. in ver. pendebat. extra de fide inſtrum. l. per hanc C. de temp. appell.* Contrarium tamen decidere videtur, Matth. de Affl. *deciſ. 53.* Sumendi etiam ſunt articuli, ex ipſa actione principali, vt ſi quis in prima

ma Inſtantia ex vendito egiſſet, non poteſt in ſecunda ex mutuo vel alio contractu articulos formare. Dd. in *d. l. per hanc.*

Nota etiam, quod appellans ab vno vel duobus grauaminibus, vel generaliter etiam ab omnibus, quę colligi poſſunt ex actis, non poteſt proſequi grauamina, niſi quæ ſunt nominatim expreſſe in appellatione. Rota *deciſ. 7. in nouis.*

Ad §. Wa aber/*ibi*, Soll jhnen *acta* voriger Inſtanß.

Hoc intelligendum de actis litis ordinatoriis non probatoriis aut deciſoriis; de quibus loquitur articulus tertius ſupra ad quem ſe hic refert.

TIT. XXXIIII.

Von Nullitet vnnd Nichtigkeit der Sachen/wie vnd welcher geſtalt in denſelben procedirt vnd gehandelt werden ſoll.

PRima regula. Nullitas in iudicio Cameræ & principaliter & incidenter adduci poteſt. Vbi autem principaliter adducitur; iam in cauſis nullitatum procedendum in extraordinariis, tanquam in cauſis ſimplicis quærelæ. Sed quæro, quando dicitur principaliter & ſolummodo cauſa nullitatis adduci? Reſpondedũ, hoc caſu, vbi forte à ſententia non eſt appellatum; egoque video proceſſum vel ſententiam nullam eſſe: iam in Camera citatione impetrare poſſum, dummodo iudex immediate ſub Camera ſit. Et ſi iam euidens nullitas doceatur, veluti ſi profani Iudices de ſpirituali cauſa ſententiam dixerint, iam & ante litis conteſtationem

nem, imo etiam ex officio, proceſſus & ſententia annullari debent, Felin. *in c. cum veniſſent, extra de iud.*

Et hoc caſu cauſa vna cum condemnatione expenſarum, vt & ſupra obiter dictũ eſt, remititur ad ordinarium iudicem; alioqui ſi cauſa in iudicio Cameræ reſeruatur, iam expenſæ ſolent compenſari. Contrarium tamen factum in cauſa Flettaw contra Mechelnburgk/ Sed hoc ideo forte factum, quod ibi nullitas principaliter fuit intentata. Sed quæro, ſi quis à ſententia appellat, deindeque in Camera appellatio pronuncietur deſerta, vel non acceptetur, an etiam hoc caſu Citationem ratione nullitatis impetrare poſſim? Reſpondeo, me non ſolum poſſe impetrare citationem, ſed etiam illud proficere, vt executio eouſque impediatur, donec ſuper nullitate pronunciatum ſit. Ita deciſum in cauſa Ferler contra Fabri/ ſic itaque cauſa appellationis deuoluit nullitatem, etiamſi de nullitate in appellatione nulla facta ſit mentio. Bart.

in leg. ſi expreſſim, ff. de appellation.

Secunda regula. Nullitas vbi incidenter inſtituitur, iam alternatiue & ſimul cum principali cauſa peragenda, & dicitur incidẽter fieri, vbi diſiunctim appellatur, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello. *Gloſſ. in leg. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Et ſic hic obſeruatur; & hoc nota: nam licet iam pronunciatur male iudicatum tamen de nullitate non poteſt rurſus agi, niſi & eadem nullitas in hac inſtantia peracta vel ſententia contineret expreſſum errorem iuris. *in d. l. ſi expreſſim. ff. de appell.*

Praxis.

Peto ex iſtis adductis cauſis proceſſum & ſententiam nullam pronũciari, in euentum autem, ſi dictæ cauſæ nullitatis locum habere non poſſint, iam & non aliter peto, pronunciari bene appellatũ, male autem ſententiatũ. Quid ergo, ſi vt iam dictum, ſimul & iniqui-

tas & nullitas inſtituta ſit, & tantummodo ſuper iniquitate, vt plerumque fieri ſolet, pronuncietur ab illaque ſententia non appelletur: quæſtionis itaq; eſt, an etiam ſententia dicatur tranſiiſſe in rem iudicatam quo ad nullitatem. Reſpond. videtur quod non: vide latiſſime Baldum *in l. tale pactum, §. qui pronunciauit. ff. de pactis.* Sed an Iudex nullitatis poſſit de cauſa principali cognoſcere, & quidem ex iiſdem actis, vide Baldum *in l. ſi expreſſim, de appell.* & quis iudex nullitatis, Bartol. *in l. eos. Cod. de appella.*

Tertia regula. Nullitatem in iudicio Cameræ non anxie attendi neq; curari. Hæc tamen iuſtiſſima regula primo fallit, ſi adducta nullitate parti in principali cauſa irrecuperabile damnũ vel inedia adducerentur.

Secundo fallit; ſi ex prioribus actis vſque adeo tumultuarie conſcriptis ſtatus cauſæ intelligi non poſſit, iam plerumque etiam ex officio annullatur

proceſſus, & iniungitur, vt ordine & apte in principali cauſa in iudicio Cameræ procedere poſſint: hoc tamen caſu acta probatoria illibata ſolent reſeruari; vt factum in cauſa **Peter Pallans** contra **Spitzenkündtler**/ Sed quæro, an deſerta appellatione cenſeatur etiam deſerta nullitas? Reſpondeo omnino, ſi tantummodo ſimpliciter appellatur eſt deſerta. Item ſi appellatur in ea forma, dico ſententiam nullam, & ſi qua, appello. Bart. *in l. ſi expreſſim de appellat.*

Tertio fallit; ſi ex actis tam manifeſte nullitas eluceat, quæ in alia inſtantia non poſſit ratificari: iam enim, vt diximus, vel etiam ex officio ſuper nullitate pronunciatur. Felin. *in c. cum veniſſent, extra de iud.* Sed quæſtionis eſt, quæ ſit tam euidens nullitas? Reſpondeo, meo iudicio hanc eſſe poſſe, veluti ſi ex actis appareat laicum Iudicem in cauſa matrimoniali vel ſpirituali ſententiam dixiſſe.

Quid ergo ſi voluntarie forte cleri-

cus

eius per laicum condemnatus ſit, valebit ne proceſſus & ſententia? Reſpondeo, ſi *c. ſi ex diligenti, extra de foro competenti,* introſpicias, quicquid peractum prorſus ruit. Vſus tamē obtinuit, quod etiam in iudicio Cameræ in realibus actionibus conueniri poſſint. Ita deciſum in cauſa conuentionis Schwartzenbergk cōtra Mülendundt / vide Iaſonem *in l. ex quacunque, ff. ſi quis in ius voc.* &c.

Quid ergo dicendum, ſi Eccleſiaſtica perſona ſpolietur à laica ſua præbenda, vel banni, quæ ad præbendam pertinent. Iam dubium, an hoc caſu in cauſa ſpolii Iudex Cameræ eſſe poſſit? Quidam putant, nos iudices eſſe, idque maxime hoc tempore concederem, quo fere laici non curant, imo deridēt auctoritatem & Eccleſiaſticam iuriſdictionem: & ita obſeruatur. Vide cauſam Cleriſey zu Minden contra ciuitatem Mindenſem. Idem quoque, cum turbatur quis in cauſa Capituli Hābutgenſis cōtra ciuitatem ibidem. Iam tamen

men cum clauſula decernitur mandatum, deinde in cauſa nullitatis diligenter attendendum, an nulliter libellatum, vt ſic dicam, proceſſum ac pronunciatum, Daß nulliter geklagt/procedirt vnd gevrtheilt: ſecus itaque ſi libellus recte conceptus, & nulliter proceſſum ac pronunciatum. Iam enim pronunciatur das nichtiglich procedirt vnnd gevrtheilt/& quod ſuper libello exhibito hic reſponderi, & lis conteſtari debeat. At ſi non ſit nulliter ſententiatum ſed tantummodo proceſſum, iam pronunciatur das nichtiglich gehandelt/ &c. vidi quoque pronunciari, quod nulliter executum.

DE RENOVATIONE *proceſſus.*

Sæpe litigatores ordinem Iudicii non obſeruantes aut etiã peruertentes proceſſum faciunt invtilẽ: ideoq;, ne & iudex ſententiam ferat iure ipſo inualidam, optimũ eſt remedium, vt totum

iudicium renouetur, atque redintegretur verbotenus tamen, vnico tempore. Nam ſi omnia deberent denuo cum ſuis dilationibus retroduci, & tempus & ſumptus inutiliter perirent.

Formula renouandi proceſſus erit talis.

Domine Iudex N. actor coram vobis repetit libellum ſuum 14. Ianuarii, Anno 51. exhibitum, & ſecundum illius tenorẽ dicit, actionem ſuã tenere iure optimo, animo & intẽtione litem conteſtandi, quam etiam nunc conteſtatur ad omnem legitimum effectum.

Reus conuentus repetendo exceptiones ſuas 29. Ianuar. eodem anno in hoc iudicio propoſitas, dicit actoris intentionem non tenere animo litem conteſtandi.

Actor repetit iuramẽtum calumniæ à ſe præſtitum cũ omnib. clauſulis ſuis, & ſub eodem iuramento repetit articulos ſuos cum omnibus productis teſtibus & inſtrumentis.

Reus

Reus repetitas vult habere omnes impugnationes ſuas aduerſus actoris producta: Actor prædicta omnia vtiliter pro ſe repetit, renouat & conſentiendo firmat, concludens legitime ad ſententiam pro iuſtitia dicenda.

Reus ſimiliter facit, & concludit petens ſibi adminiſtrari iuſtitiam.

Ex his non ſolum litigatores ipſi, ſed procuratores quoque, & qui à libellis ſunt iudicii, habent certam formulam quandam, quam in renouādis iudiciorum actis ſequuntur.

Ad §.*1. ibi.* Vnd ſo der Cammerrichter.

Princeps poteſt ratum habere proceſſum nullum, ratione ordinis omiſſi, quando merita ſunt bene tractata, & conſtat de bono iure partis: Ita Panor. *in c. cum olim, de re iud. & in c. ad petit. de excuſ.* Et conſuetudine quoque poteſt induci, quod per ſimplicem facti narrationem & verbalem petitionē & con-

 tradi-

tradictionem, vel reſponſionem introducatur litis conteſtatio: Ita idem Panorm. *in c. in cauſis, 2. col. extrà de re iud.* Ita hic bene per ordinationem prouiſum eſt, cum in iudicibus inferioribus, plerumque ſint tales conſuetudines, quod proceſſus huius nullitatis cauſa non annulletur. Vide Guidon. Papam, *deciſ. 369.*

Ad §. Vnd ſoll alſo die nullitet.

Et ſic eſt vna Inſtantia, ſecus ſi principaliter vna cum appellatione eſſet deducta, tunc enim viderentur duę Inſtantiæ. Vide Imolam *in l. ſi expreſſim, de appell.*

Ibi. Nicht ratificirt werden.

Poteſt ratificari prior ſententia nulla, ex eo, quod die feriato vel parte non citata lata ſit, & tũc amplius poſt talem con-

confirmatoriam latam de nullitate prioris ſententiæ, nõ poteſt agi, ita tamen confirmatur, non vt ex confirmata, ſed vt ex confirmante agatur. Vide pulcre Imo. *in d.l. ſi expreſſim.* Item ratificatur ex cauſa, de qua in proximo art. præcedente. Secus videtur, quando proceſſus & ſententia propter defectum iuriſdictionis eſſet nulla: tunc etiam partib. non opponentibus non poteſt talis ſententia confirmari, *arg. Clem. ſi appellationem de appellat.*

Ad §. Wa aber die/*in verbo in extraordinariis.*

Imo etiamſi appellatum eſſe & cauſa appellationis deſerta pronuncietur, poſſet tamen pars ex integro ſupplicare pro citatione: idque ratione ſolius nullitatis, quam poſtea principaliter & ſolum deducere & perſequi poſſet, *Guid. Pap. plene in deciſ. 436.*

AD

AD TIT. XXXV.

Wie auff *Supplicationes* in Gericht gehandelt werden ſoll.

IN nouis per ſuplicationem citationes, inhibitiones & alios proceſſus peti poſſe, contraque hanc ſupplicationem tantummodo exceptionẽ admittendam, niſi negotii qualitas aliud poſtulet; iam enim plura producta admittuntur. Ita factum in cauſa Johanſer Meiſter contra Fridericum Lützelburg/ cauſa enim iſta ardua & perplexa fuit. Regulariter itaq; poſt exceptionem ad iuſtitiam concludendum, dummodo eo tẽpore & iudicio in huiuſmodi cauſa concludi poſſit. Nam ſi hodie in cauſa ordinaria contra petitam inhibitionem excipiatur, iam quidem ad ſecundam iuridicam concludendum in hoc puncto eſt: nam ad primam, id eſt in cauſis ordinariis hoc peragi

non

non poteſt. Sed quæſtionis eſt, cũ ordinatio habeat, quod admitti debeat exceptio contra ſupplicationem; iam etiam eodem pacto ad exceptionem ſit concludendum? Et quanquam hoc in ordinatione non ſit cautum, tamen ex identitate rationis videtur, quod vtiq; ad primam ſit concludendum, ne plus in acceſſione quam in principali admittatur.

AD TIT. XXXVIII.

Von meſſigung der obbeſtimten Terminen.

Termini ſtatuti poſſunt ad petitionem partium vel ex officio ſecundum cauſæ qualitatem moderari & prorogari, item augeri: ſimiliter etiam ſcripta vltra numerum admitti; ita tamen, vt ſeruetur æqualitas & partes medio iuramento affirment ſua intereſſe.

AD TIT. XXXIX.

Wie die nicht gehalten Termin gebeſſert/ reiterirt vnd erholt werden ſollen.

SI proceſſus in terminis defectuoſus ſeu illegitimus, poſſunt omnia acta breuibus verbis referri; & termini omiſſi de nouo haberi, & priora actitata ſummarie repeti & deſuper concludi.

TIT. XL.

Von ſchrifftlichen vnnd mündtlichen fürträgen vnnd Receſſen/ wie vnd in was Ordnung dieſelbigen geſchehen ſollen.

PRocuratores in ſcriptis à ſe confectis, vel ſaltem ſubſcriptis in iudicio debere agere. Hæc regula primo fallit in procuratore actore vel appellante: hic

hic enim verbaliter libellum vel alia producta producere debet in cauſa N. contra N. exhibeo libellum, exceptiones, &c. petens prout ibi petitum exiſtit.

Eodem quoque pacto fallit in reo appellato: Hi enim contra exhibita hoc pacto verbaliter dicere poſſunt; productorum peto copiam & terminum ordinis: huiuſmodi enim receſſus dummodo breues ſint fieri poſſunt.

Secundo fallit in inhibitis conſtitutionibus: cõtra has enim breuiter verbaliter excipi poteſt, cauſam tranſactam, partemque diem obiiſſe. Eodem quoque pacto coram deputatis, vt ſupra demonſtratum eſt, ſigilla inſpici & recognoſci ſolent & poſſunt. Hiſce vero caſibus & ſimilibus ceſſantibus, ſi procuratores nõ neceſſarios longos & verbales proceſſus habuerint, iam vtique illis reiectis illi puniri debent.

De

De pœna procuratorum, qui vltra præſcriptum modum exhibent producta.

Vidi tamen, quod hoc impune factum ſit, ſi modo pars aduerſa ad hoc occaſionem dediſſet, veluti ſi nouum factum vel iura prius non adducta allegat. Ita factum in cauſa Großſchlagei contra Comitem de Hanaw.

De pœna procuratorum, qui contra protocolla & acta agunt, item qui miſcent cauſas ordinarias vna cum extraordinariis, vide ord.

AD TIT. XLI.

Von Vngehorſam der erſcheinenden Partheyen vnd verzüglichen handlung derſelben.

QVi iuxta tempus præſcriptũ in ordinatione vel ſentẽtia nõ exhibẽt

reproducenda, variis modis puniendi. Primo pœna iuris communis ab iis exigi poteſt.

Secundo debet parti aduerſæ expenſas refundere, illiſque refuſis ad cauſam in eo ſtatu, in quo reperitur, admittitur: Si autem illi non refundantur, iam porro in cauſa in contumaciam procedi poteſt, vt ſupra dictum, & infra dicetur latius. Sed quid ſi ſub dolo aut fraudulenter à procuratore negotium protrahatur, quæro anne hoc caſu ipſe in expenſas condemnandus? Reſpond. condemnandum eſſe. Idq; factum in cauſa Bets contra Sieglerin / in hæc verba in Sachen N. cõtra N. dantur adhuc octo dies ſub cõminatione finali, Vnd iſt D. Bruming ſeinem Gegentheil in die Koſten verzogens rechtens vff rechtliche Ermeſſigung föllig ertheilt.

AD

AD TIT. XLII.

Von deß nicht erſcheinenden Klägers vngehorſam in erſter Inſtantz.

REgula. Si actor in præfixo termino non compareat, iam reus facto proclamate & deinde tribus diebus juridicis circumactis poteſt petere abſolutionem à citatione, quemadmodum poſt proclama hic ſtatim non poteſt petere abſolutionem, ſic quoque eodem pacto non poſſum contra contumacem in principali cauſa, vel ad bannum procedere, niſi quoque circumactæ ſint, tres dies Iuridicæ. Sic itaque ſtatim citationem vff die Acht petere non poſſum. Et quidem contra iam diximus de actore, qui in ipſo termino citationis non comparet, locum quoq; habet in actore, qui quidem comparuit, ſed deinde ante litis conteſtationem contumaciter ſe abſentat, vel cu-

ius procurator mortuus vel reiectus. Quid autem ſi poſt elapſum primum terminum actor compareat, reus quoque nõ iure citatus ad iudicem veniat, quæro hoc caſu, an reus ita iure citatus reputandus, vt actor abſolutionem à citatione impetrare poſſit? Reſpond. non poſſe. Hoc verum ſi ipſe citans comparcat & citatus contra executionem nihil excipiat.

Nam ſi illegitime citatus compareat & proteſtetur de circumducto termino, iam vtiq; citatus abſolutionẽ à citatione petere poteſt maxime ſi actor ſuo tempore nõ comparuerit. Sed dubium an actore ſic ante litis conteſtationem contumace in principali cauſa reus procedere poſſit? Reſpon. poſſe, ſi modo proclama factum, & tres iuridicæ circumactæ.

Quid ergo ſi poſt litis conteſtationem contumax ſit? Reſpond. & hoc caſu etiam abſque proclamate in principali cauſa procedi, & quod iuris eſt decerni poſſe & debere: & ſiquidẽ contra

reum pronunciandum, adhuc tamen ob contumaciam actorem in litis expenſis condemnandum. Sed quæro, qua pœna afficiatur contra quem fit proclama? Reſpon. hunc florenum numerare. Sed cum ille abſens, quis hunc numerabit, pedello? Reſpond. eum qui contra aliquem petiit, proclama, quod mirum videtur; tamen ita obtinuit: poteſt tamen hunc viciſſim à contumace exigere, neque auditur contumax priuſquam iſte aureus refuſus ſit.

Ad rubricam tituli.

Ex hac rubrica & titulo aduerte diligenter, verbum illud **daß nicht erſcheiner deß Klegers**: quod proprie & in ſuis terminis accipiendum ita, quod in iudicio pars omnino non compareat nec per ſe nec per ſuos procuratores, ſed penitus contumax ſit. Si autem ſemel legitime comparuit vel conſtituit, tunc non habet locum ordinatio de decernẽdo proclamate, quia hoc tantũ

intelligendum eſt in caſu contumacis in non comparendo; ſecus in non procedendo vel agendo, quia tunc procedi poterit contra procuratorem conſtitutum.

Si autem actor non poſſet ſe legitimare ad iudicium, vt puta, ſi pupillus vel alias inutilis eſſet, vt dandi eſſent curatores extunc etiam producto libello, & lapſis tribus iuridicis, tamen non decernitur proclama, vel abſolutio, ſed admittitur excuſatio vel petitio vt prius cum curatoribus legitimetur. Ita decretum in Sabendorff contra Aſſelborn.

Ad §. Wa aber / ibi, Soll nach erkanntem.

Nota hic, quod hæc verba, per parentheſin introducta, videtur ſuperabundare, & melius ſi omitterentur, niſi hoc nigrũ referatur ad rubrum; quod de mero contumace, qui nunquam comparuit vel conſtituit, intelligitur.

Nam

Nam in alia contumacia non procedentis aut non agentis, non opus eſt, nec locus erit proclamati, niſi forte cõſtitutus procurator acceptum mandatum omnino repudiaſſet, & ſe exonetaſſet ex cauſis legitimis, quia tunc in meram contumaciam procedi poſſet in cauſa, Ita decretum in cauſa Vlm contra Fugger/ & in cauſa der Jler gebere/ & in cauſa appellationis Hans von Hagenaw/ contra Peter Sichers Witib.

Ibi: Zu deß Antworters Willen vnnd Gefallen ſtehen.

Nota, quod hic vnum omiſſum eſt remedium, quod reis competit de iure communi in contumaciam actoris, ſcilicet, vt petat, ſe abſolui ab inſtantia, & obſeruatione iudicii, inter quæ & abſolutionem à citatione eſt magna differentia, quod per illud lõge melius prouidetur ipſis reis, quam per hoc, quod per citationis circumductionem fit, de

quo pulchre Bart. *in Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex*, & ibi Caſtr. *clarius quam alii.* Item Bartol. & alii Dd. *in l. properandum, §. & ſi quidem C. de iud.* videtur ergo hoc loco ordinatio aliquãtulum ſupplenda.

Ad §. Würde aber *ſibi*, die Gerichts koſten.

Circa expenſas aliter videtur de iure ſiue opinionem Ioannis ſiue Placentini amplectamur, ſecundum illum victus præſens condemnatur victori abſenti in expenſas ante contumaciam factas, & ita intelligitur *verſic. ſin autem, l. properandum*, ſin autem victus ex iuſta forte cauſa ſit non condemnandus aut expenſæ rei victi expenſas actoris victoris excedunt, tunc deducit eas de principali condemnatione forte in pecunia facta. Quod ſi in ſpecie & ſic deductio fieri non poſſit, tunc victus condemnandus erit victori in expenſas,

Guil.

Guil.Cyn.Abb.Caſtr.Alex. & Iaſon. qui dicunt eſſe communem, ſequuntur canon. *in cap. calumniam de pœnis,* vbi Ioannes Andreas *& in addit. ad Spec. de expenſ.* Sed ſecundum opinionem Placentini (hanc partem etiam tenet Archid. 2. *quæſti. 7. c. in primis ſuper gl. expendiſſe* vbi dicit generale eſſe in quolibet contumace, vt ſiue vincat ſiue vincatur, condemnetur in expenſas) reus victus non condemnatur victori in expenſas ſed ipſe deducit ſuas expenſas à condemnatione principali, aut ſi deductio fieri non poſſit victor ei condemnatur in expenſas, & hoc propter contumaciam victoris eſt ſpeciale & in eius pœnam introductum, vt victor victo condemnetur in expenſas. Ita tenet Placent. *vbi refert gloſſ. in dicto §. ſin autem in fine & in dict. capit. calumniam*, dicens, quod ſi recte ponderauerit nunquam abſenti per contumaciam fiat condemnatio expenſarum cui non conueniunt verba ipſius ibi: Quantum victor iura-

iurauerit, ex quo ſi eſt abſens quo iuret? Idem tenet Panorm. *in d. capit. calumnia quem omnino*, vide & pro hac opinione eſt optimus textus *in Authen. de iis qui ingred. ad appel. §. illo*. per quem breuiter declaratur, *dict. §. ſin autem*, videlicet, quod actor cõtumax etiam victor condemnandus ſit victo in expenſas, licet ſequatur in appellante ſecus tamen in reo contumace ſecundum Placent. in *gl. 1. d. §. ſin autem*, propterea quod maior videtur eſſe contumacia actoris quam rei.

AD TIT. XLIII.

Von deß nicht erſcheinenden Antworters Vngehorſam in erſter Inſtantz.

REo non comparẽte iam facto proclamate, & effluxis tribus iuridicis actor ad bannum vel immiſſionem ex primo decreto, vel ſaltem in principali negotio procedere poteſt. Sic itaque

ob contumaciam reus banniri poteſt, ſed quæro ſi is qui ob publicam pacem fractam citatus, & per mandatum quoque ei reſtitutio iniuncta ſit ſub pœna & contumax ſit, an etiã iã prius in pœnam pecuniariam in mandato expreſſam, (vt plerumque fieri ſolet) condemnandus ſit, quam bannitur? Reſpond. hoc caſu condemnatione in pœnam pecuniariam opus non eſſe; ſed ſufficere eum banniri: Ratio eſt, quia maior pœna videtur prorſus minorem abſumere. Ita in cauſa Lubecenſi contra Bulaw.

Ad §. Doch wa der/ *ibi*: als denn allererſt.

SIc non videtur eſſe differentia inter delinquentes & contumaces, ſeu inter crimina & contumaciam; quod videbatur, vt in receſſu Ratiſponenſi *Anno 32.* Vbi tamen ſtatus Imperii non attenta illa diſtinctione, ſolum iſtam nouam citationem requirunt iuxta ordinatio-

nationem Friburg ſolutio. In forma ſententiæ non eſt differentia, ſed in effectu, propter reſtitutionem bonorum vt notatur *infra tit.46*. Nam contumacia etiamſi eſt delictum tamen vide Bart. *in terminis in l.1.§.fin.in fine ff.ſi quis ius.dic.* qui dicit, quod ſtatutũ loquens de bannito impune offendendo licet habeat locum in bannito propter contumaciam, tamen eſt magna differentia: Nam bannitus propter contumaciam ſoluendo expenſas litis abſoluitur ſecus in bannito propter delictum propter contumaciam poteſt quis banniri & operatur hoc quod bannito ius non redditur, vt Bald. *in l.fin.§.1.in princ.C.de bon.quæ lib.* Et ſic etiam lite non conteſtata propter contumaciam procedi poteſt ad diffinitiuam condemnationem banni, quæ ſucceſſit in locum relegationis, ſed vltra relegationem de iure abſenti pœna non imponitur *l. abſentem, C. de accuſat. l. abſentem, ff. de pœnis.*

Ad

Ad §. Wa aber der Klâger.

Nota, quod de iure cõmuni lite non conteſtata non poteſt procedi in cauſa principali ad liquidationem & ſententiam diffinitiuam contra eum, ſed ſolũ ad immiſſionem, vel alias pœnas iudicis arbitrio imponendas niſi poſt litis conteſtationem cõtracto eremodicio in quo caſu loquitur *l. properandum*, §. *ſin autem*. & ibi Caſtr. & alii *C. de iud. l. conſentaneum C. quom. & quando iudex*

Secus etiam in cauſa appellationis, vbi hoc eſt ſpeciale, *l. fi.* §. *illud*, *C. de temp. appell. c. per tuas extr. de appell. & ibi Dd.* tamẽ habetur hic lis ꝓ conteſtata in contumaciam & ita perinde eſt ac ſi eſſet conteſtata argumen. *l. 2. C. vbi in rem actio. & gloſſ. in Auth. qui ſemel*, *allegans* §. *ſi vero in Authent. vt omnes obediant*. per quæ videtur hic articulus poſſe fundari etiam lite non conteſtata. In actore autem abſente ſecus eſt, quod etiam lite non conteſtata contrahitur, eremodicium de iure authentico. Qui ſemel & illa authentica in fauorem rei

intro-

introducta eſt; cuius partes ſunt fauorabiliores *Caſtr. in d. §. ſin autem omnes.*

Item ibi, Unnd für den ungehorſamen Theil.

Hoc eſt ſicut aliquis reo præſente fuiſſet condẽnandus, ita eo abſente eſt ab expenſis liberandus, ſed de iure ſecundum opinionem Ioannis communiter approbatam; de qua ſupra actor præſens Victus reo victori contumaci condemnetur, in expenſas tamen ipſe prius deducet ſuas expenſas: Ita Ioannes Andr. *ad Spec. de expenſ.* Quid autem ſi reus nunquam compareat & ſic nullas faciet expenſas? Reſpond. liberandus eſt actor preſens victus ab expenſis forte futuris, veluti ſi reus petat documẽtum latæ ſententiæ, & ita concepta eſt ſentẽtia in cauſa Agneß von Barẽ cõtra Peter von Heiden/hoc modo, iſt der Beklagt von angemaſter Klag abſoluirt/und die Klägerin von Koſten unnd Schäden hiemit erledigt.

AD

AD TIT. XLIIII.

Von deß nicht Erſcheinenden Appellanten vngehorſam.

§.1.ad principium.

Videtur ſubaudiendum nach außgangener vnd reproducirter Ladung alias ſi nō eſſet reproducta citatio tempore debito appellationis cauſa eſſet deſerta, quo caſu non proceditur in contumaciam his modis, ſed appellatus aget ſuper deſertione ſupra in *2.parte tit.30.* §.*5.in tip.* vnd alſo in. Et eo caſu non poteſt petere ſententiam confirmari, ſed in contumaciam poteſt procedere, ſcilicet in cauſa appellationis & petere ſuper priori ſentētia pronunciari confirmando vel infirmando *iuxta Auth.ei qui C.de temp.appel.* Sed iſta ſub audito eſt contra textum hic ibi, Oder ſo er einmal/quæ alternatiua præſuppo-nit, quod prius ſeu in priori edicto

nunquam comparuit, vnde dic. quod allegatus titul. *ſupra lib. 2.* &c. loquitur, quãdo appellatio ab vtraq; parte eſt deſertá, vtputa, quod intra decendium non eſt appellatum vel neutra pars intra fatalia proſequitur appellationem, ſed appellatus procedit ſuper deſertione, tunc non poteſt petere ſententiam confirmari: Secus ſi vellet ex ſua parte appellationem proſequi, quæ communis facta eſt. Nam hoc poteſt pluribus reſpectibus ſcilicet, pro confirmatione prioris, vel vt hic, Item propter expenſas in priori inſtantia omiſſas vel propter alia grauamina illata ſibi iuxta ſequentem articulum. Et ſic deſertio appellationis non nocet appellato proſequenti dummodo intra terminum, ſed hoc non eſt vtile ei imo periculoſum, quia iudex poſſet contrariam ſententiam ferre, vnde melius eſt, vt ſuper deſertione agat. Nam expenſas poterit conſequi coram iudice à quo ita Abb. *in capitul. ſæpe de appellation. vide addit. in deciſio. Tholoſa. 224.* In hoc tamen Zarabella

rabella in *Clemen. in appellat. extra eo.* & *Innoc. in capit. ex parte de reſcript. aliter tenent.*

Quod ſi appellatio eſt per appellantem deſerta, appellatus volẽs eam proſequi in cauſa principali & ante lapſum fatalium nõ auditur; Idem ſi petat ſententiam priorem executioni mandari. Ergo ſecundum eum ſolum petere debet declarari appellationem deſertam, & appellantem condemnari in expenſas, ſcilicet contumaciæ non victoriæ, vnde cum prior ſententia, quæ communis ſecundum Dd. ſeruatur in practica propter deciſionẽ Rotæ, quæ hic approbatur: Item quærit ibi pulchre Zabarella, an appellans non comparẽs appellato proſequente appellationem faciente eum citari & contumacem pronunciari, poſtea comparens poſſit proſequi? Dicitur ſecundum Iaſonem, quod ſic, refuſis expenſis, &c. & dicitur appellatus intra terminum proſequutus ſi ſe præſentauerit Iudici ad quem *Freder. conſ. 108,*

Ad §. Doch ſollen/ *Ibi* die *formalia.*

Quod formalia appellationis ante omnia iuſtificanda ſint ab eo, qui in contumaciam procedit, textus eſt expreſſus *in capit. Romana §. ſi verò de appellat. in 6.*

AD TIT. XLVI.

Ob der vngehorſam hernach erſchiene wie es darmit gehalten werden ſoll.

De contumacia appellati & appellantis.

SEd ſi contumax deinde compareat, quæſtionis eſt, an audiendus ſit? Reſpondeo, audiendum, ſi refundat expenſas & quidem in eo ſtatu, in quo cauſam reperit.

Quid ergo ſi contumax in iudicio cauſas dicere velit, quod non teneatur

ad expenſas, quæſtionis eſt, an ſit audiendus? Reſpond. audiendum, & adhoc ei dandum terminum ordinationis. In cauſa Comann contra Oberſtein / Sed quid ſi contumax poſt concluſionem veniat, quid iam ſtatuendum? Dic tam hunc cauſæ reſciſſionem petere non poſſe niſi iuſtas cauſas adducat & expenſas exoluat.

Ad rubricam tituli.

Contumax tenetur ad expenſas vtiles & neceſſarias tantum Inno. *in c. cum veniſſent extra de dolo & contuma. Ange. in l. properandum, §. ſin autem alterutra in fin. C. de iud.*

Ad §. 1. in prin.

Quod poſt litem conteſtatam omnis terminus eſt peremptorius *Spec. de citat. §. viſo.* etiamſi id non exprimitur. Itaq; poſt talem terminum comparens non admittitur ad terminum iam elapſum

ſed ſolum ad eum ſtatum, in quo cauſa nunc eſt, *l.1.C.de dilat.* Exempli gratia, ſi contumax in termino probandi compareret ac peteret ſe admitti ad litis cõteſtationem non audiretur, quantum ad litis conteſtationẽ, admitteretur tamẽ ad cauſam wie er dieſelbe in termino probandi befindet/ Bald. *in auth. qui ſemel C. quom. & quandô, Inno. Panor. in c.2. extr. de dilat.* Si poſtea contumax in iudicio comparuit, ante omnia expẽſas refundet, & hoc caſu cenſentur tantum expenſæ contumaciæ, ſcilicet, quæ propter cõtumaciam partis factæ ſunt, non etiam expenſæ in cauſa principali, *captum dilecti, extra de do. & contum.*

Ad §. Wa auch jemandt/ *ibi*, mit ſeinem Gegentheil.

Sed an teneatur etiam tranſigere cũ fiſcali: Non videtur per hunc textum, niſi in contumaciam in aliquã pœnam fiſco & parti fuiſſet condemnatus, velûti in pœnam mandati & deſuper ad

 ban-

bannum vſque proceſſum, tunc enim tam de pœna, quam de contumacia tranſigi oportet, ſecus eſt in bannitis propter delictum, puta fractam pacem, quod illis feudalia reſtituuntur, Secus in allodialibus, quæ remanent in diſpoſitione iuris communis, *vt ſupra libr. 2. tit. 18. vide Bald. in l. 11. col. 3. C. de hær. inſti. vbi late de bannitis, & ibi ponit aliquas differentias inter bannitos propter delictum vel contumaciam.*

AD TIT. XLVII.

Von Vrtheilen wie vnnd in was Zeit / auch durch wie viel vrtheiler dieſelbig geſprochen vnd eröffnet werden ſoll.

Regula cauſæ in quib. prius cõcluſum prius quoq; referẽdæ: hoc tamen fallit in cauſis priuilegiatis, vt ſunt fractæ pacis, ſpolii, purgationis & excutionib. ſententia ſuper deſertione appellationis

 eſt

eſt interlocutoria ſi autem ſententia lata ſuper aliis peremptoriis exceptionibus: vide Ioannem Andr. in *Clem. fin. de appellat. Rotam in antiquis deciſ. 125.* Hoc verum cum appellatum eſt à grauamine aliquo ſecus ſi à diffinitiua vel peremptoria aliqua exceptione, quæ ſententiæ diffinitiuæ vim habet, quod nihil reſtat poſt deſertionem agendum, niſi poſtea prior ſententia executioni mandetur Rota *deciſ. 427. in nouis.*

AD TIT. XLVIII.

Von exception vnnd volſtreckung der Vrtheil.

Contra victum ſub pœna pecuniaria executoriales in Camera ſine clauſula iuſtificatoria, & quidẽ ſub eodem dato, quo ſententia lata decerni ſolent. [illegible] ord. fol. 168. Et hoc quidem veru[illegible] ſententiis, quæ in Camera p[illegible] t: Nam ſententiæ in a[illegible] regulariter in Camera non

non exequuntur, vt notatur in ord.fol. 117 & fol.121.fa.1.

Prædicta tamen primo fallunt in ſententiis abſolutoriis etiam in Camera latis, videlicet vbi in prima inſtantia, vel ſecunda rei vel appellantes ab impeditione abſoluũtur, ibi enim tãtummodo dantur Vrthejlbrieff.

Secundo, quod dictum eſt executoriales dari ſine clauſula iuſtificatoria id non procedit in prædictis caſibus & cauſis, vbi ſcilicet ſententia abſolutoria datur; Ibi enim poſſunt dari executoriales ratione expenſarum, ſed tamen cũ clauſula iuſtificatoria ſic quoq; cum executoriales conceduntur, vel mandatum cum clauſula contra tertium, quod fieri poteſt cum is forte rem iudicatã poſſideat vt factum in cauſa Teutſchenmeiſters contra Comitem de Naſſaw: Hoc enim caſu etiam cum clauſula iuſtificatoria conceduntur. Ratio eſt quod facile iuſtam cauſam adducere poteſt, quod illis obedire non teneatur ſed iam quæſtionis eſt, intra quod tem-

pus victus executorialib. parere debet? Reſpon. intra tempus præſcriptum, ſed rurſus quæro, quod tẽpus præſcribatur? Reſpon. plerunq; præſcribi tempus ſex hebdomadarum & trium dierũ ad parendum latæ ſentẽtiæ, & adhuc N. dies ad docendũ ſeparuiſſe: & hoc caſu iſta dies, qua hoc docere debet tota ſibi cedit. Altera itaq; die ſi iuridica ſit & executio legitime facta, debet iure vel ſaltẽ inſtrumento realẽ paritionem docere iudicialiter & ſaltẽ hic comminationes duæ dari ſolent: quod ſi neq; in decretis iuxta præfixum tempus realem doceat paritionem, iam euentualiter vel pure in pœnam pecuniariam in executorialibus expreſſam condemnatur & porro vlteriores proceſſus decernuntur. Tamen ſi hoc caſu legitimas adducat cauſas, quare in dictas pœnas non condemnandus, vt quidẽ per plura producta hinc inde exhibita fieri poteſt; vt factũ in cauſa Hoel contra Ginden / non vtiq; condemnatur. Sed dubitationis eſt, ſi victus victori ratione paritionis iuſtam

ali-

aliquam oblationẽ faciat vel ex aliqua parte ſententię pareat, offerens ſorte ſe in reſiduo pariturũ, ſi ad hoc teneatur vel condẽnetur. R. neq; hoc caſu pure eſſe condemnandũ, ſed porro ꝑ decretũ iniungendũ, ſi oblationes non releuent, vt porro & in reſiduo doceat realem paritionem. Et ſiquidem tunc in præfixo termino pareat bene eſt, alioqui ſi in euentũ condemnatus, leſt man es bey vorgeſprochener Vrtheil bleiben/ vel pure adhuc condemnatur, & vlteriores proceſſus vff die Acht/ vt dictum eſt, decernuntur, & hoc caſu victus demũ citatur, vt intra ſex hebdomadas & tres dies pareat, & doceat ſe paruiſſe, ſub pœna banni, vel vt ſaltẽ iuſtas cauſas adducat quare banniri non debeat, & quidẽ victus hoc vnico ſcripto (id eſt, per ſolam quoq; exceptionẽ victori reſpondere tenetur, ſi modo velit, nã plura ſcripta hoc caſu non admittũtur) adducere & probare poteſt: Et quidem ſi cauſę releuantes, parcitur victo, ſin ſec9 bannitur. Hic tamen duæ vel três commina-

minationes abſque tamen euentuali condemnatione dari ſolent ſub conditione cum vt ſupra dictum eſt, bannum fieri non poteſt, nec debet, fol. 19. fa. 2. Sed dubitationis eſt, an etiam in hiſce cauſis executionum perſonalis requiſitio & oſtenſio vel potius indicatio ſententiarum neceſſaria? Reſpond. vtique neceſſaria, vbi quis dicit ſuum magiſtratum ſibi ius communicare nolle, vt fol. 82.

Quidam putant quod non, præſertim cum iſti apud acta procuratorem habeant, qui teneatur illis communicare & indicare, quid hic iudicatum & determinatum ſit: Ita factum in cauſa Haſſ contra Glinden/ Negari tamen poteſt quod plerumque vel ſaltem ex abundanti cautela fieri ſoleat, ita in cauſa Flettaw contra Mechelnburg/ ſed ex facto accidit, quod victus ratione executorialium, latæ contra eum ſententiæ paruerit, & deinde in fata conceſſerit. Hæredem vero ſuum contra totam ſententiam in eadem controuer-

ſia

ſia moleſtari, quæſtionis itaque eſt, an hæres in pœnas executorialium condemnari poſſit? Reſpond. poſſe, ſi modo mortuo debito modo inſinuatæ ſint ipſeque ad hoc prius legitime citatus ſit: ſcilicet ad videndum ſe in dictam pœnam declarari. Ita factum in cauſa Guttenbergk contra Epiſcopum Bambergenſem, & quanquam hoc caſu viderim, decerni mandatum cum clauſula, vt factum in cauſa Stone contra Sculcetum in S. Georg. Weiler in dicta cauſa Guttenbergk contra Epiſcopum Bambergenſem hoc denegatum fuit & tantummodo decreta Citatio, & recte quidẽ meo iudicio. Sed cum mortuus non ſolum in pœnã pecuniariam condemnatus, ſed etiam contra eum arctiores executoriales vff die Acht/ decretæ & iure executæ, dubium itaq; ex facto incidit, an etiã huiuſmodi arctiores contra hæredem rurſus decerni & exequi poſſint? Reſpond. poſſe, ſed tamen non ſub banno, ſed pœna pecuniaria & quidem grauiori, quam in ſuperio-

perioribus expreſſum fuerat. Sed rurſus dubito, an dicti hæredes hoc caſu pœnam pecuniariam, in quam defunctus prius cõdemnatus, exoluere teneantur. Reſp. hoc apud me nullam dubitationẽ habere, dũmodo ſucceſſores eius eſſe velint: Sed quid ſi non fuiſſet condemnatus, tamen ita egiſſet contra mandatũ & inhibitionem, ꝙ in pœnã debuiſſet condẽnari an hæredes cõdemnandi? Reſp. ꝙ notat Ioan. Fabri in §. *non autem omnes inſt. de perpet. & tempo. acti.* ita iudicatum in cauſa Gülch contra Aach/quia pater ducis inciderat in pœnas inhibitionis, tamen filius abſolutus. Ex prædictis itaque omnibus conſtat Camerã ſententias ibi latas iure exequi poſſe, idq; nõ ſolum in cauſis primæ inſtantiæ ſed etiã in ſecunda inſtantia locũ habet. Nam vſus obtinuit Cameram etiam in cauſis & ſententiis primæ inſtantiæ dũmodo ſecunda vel tertia inſtantia iſta in Camera cõfirmatur, exequi iure poſſe. Sic itaq; regulariter ſententiæ in alio iudicio latæ hic non exe-

quendæ

quendæ fo.121.& 117. Quid ergo ſi inferior iudex vel ejus dominus nolit exequi, vel in Neſtoreos annos protrahat executionẽ ſententiæ, ſuccurretur ne hoc caſu victori per Cameram, quo tãdem ad debitam executionẽ & finem peruenire poſſit? Reſ. hoc pacto ſuccurrẽdũ, vt videl. inferior iudex, qui ſc. exequi debet, immediate ſub Camera ſit, iam victor hic contra eum mandatum cum clauſula impetrare poteſt, quo ei mandetur ſub pœna pecuniaria, vt intra certũ tempus executionẽ debitam faciat. Et hoc quoq; caſu ꝓmotoriales decerni poſſe certũ eſt, idq; vel ex officio fieri vidi, vbi iudices immediate nõ erant ſub Camera. Eodem quoq; pacto vidi, vbi fere in eodem caſu mandatur ſine clauſula ſub pœna 20. marcarum decretum eſt, idq; factum in cauſa Brea mer contra Comitem de Hoye & Epiſcopum Monaſterienſem, & huic quidẽ ſine clauſula executio demãdabatur quo iure adhuc ignoro. Sic quoque in qualibet etiam Eccleſiaſtica cauſa

vbi

vbi vſque ad brachium ſeculare proceſſum ſi victori à iudicibus ſecularibus, ſic per brachiũ inuocatis, non ſuccurritur, iam vtiq; idem victor Cameram pro brachio ſeculari inuocare poteſt, & hoc caſu decernitur quoq; mandatum cum clauſula antequam tamen hoc fiat, oportet quod prius exhibuerit in conſilium priorem proceſſum & fulminationes. Nam ſi iure illa peracta reperiantur iam primo dictum mandatum, eius tamen procurator in ſupplicatione ordine totum proceſſum indicare debet, ne ſc. cancellaria ſuperfluo & nimio labore oneretur vt deciſum in cauſa Freytag contra N. vide hac re *Oldendor. conſ. 89. & c. dilecto de ſententiis excom. lib. 6.* Sed cum ſatis ſuperq; iam oſtenſum ſit, quo pacto quis ob contumaciam banniri bannumque publicari poſſit ac debeat, conſequens eſt, quomodo victor hoc caſu ꝓgredi debeat, quo ſibi vel ratione expenſarum & perpeſſorum damnorum conſulatur? Iuxta ordinat. huic variis modis ſuccurritur.

tur primo enim hoc poteſt in ſpecie indicare, & quidem iudicialiter bona banniti ſpecificare, petens ſe in ea immitti, & hæc immiſſio vtique indies fit & eſt facienda, modo ipſe bannitus iſta bona poſſideat, ſecus itaq; eſt, ſi tertius in eorundem poſſeſſione ſit, iam enim cõtra eum decerni ſolet mandatũ cum clauſula, etiamſi immediate Cameræ non ſit ſubiectus: Ita factum in cauſa Abbatiſſæ zu Sanct. Marien zu Cölln contra Gülch/ Prædicta tamen regula, quæ habet immiſſionem hic fieri poſſe non habet locum, vbi quis ratione publicæ pacis bannitus eſt, ibi enim nulla immiſſione opus eſt: ord. fol. 171. fa. 1.

Secundo quoque & quidem in eadem ſupplicatione poteſt indicare bãnitum vel eius bona in principis diſtrictu ſita, vel habitare, petens vt is pro executore deputetur, & hoc caſu ille ſtatim datur executor, imo ei ſub pœna pecuniaria demandatur executio, porroq; iniungitur, quo banniti bona victori porrigat in iiſdemque ſuis ex-

penſis defendat. Et quidem ille ipſe datus executor intra mēſem Cameræ indicare in ſcriptis debet, an huiuſmodi mādatis parere velit, nec ne, & ſane iiſdem parere cogitur, niſi iuſtas excuſationes id eſt impotētię adducat. Et hoc caſu ad Imperatorem vel Cæſarem decurrendum, vti etiam faciendum, vbi potentes principes noluerunt contra ſe exequi vel banniti extra Imperium, (contra quos tamen vlterius proceſſus non decernendi) habitent.

TIT. XLIX.

Erklerung obberürter Artickel auch weitere fürſehung deß Execution deß Käyſerlichen Landfriedens vnd geſprochener Vrtheil.

IN hiſce cauſis eodē fere pacto, vt ſupra executio demandatur, excepta tamen immiſſione, hoc enim vbi quis ob fractam publicam pacem bannitus eſt, non habet locum ſupra dictum eſt.

Pri-

Primo itaque demandatur executio principi vel domino, in cuius territorio bannitus agit vel bona eius ſita ſunt. Quid ſi ille dominus, cui executio ſub pœna demandata, nolit exequi? Reſp. iam aduerſarium, id eſt, victorem, aut fiſcum in puncto mandati contra eum procedere poſſe certum eſt, niſi prædictus dominus cauſas impotentiæ alleget, vt patet in ord. & tamen nihilo ſecius orbi ſub quo contumax dominus agit, vel iuxta qualitates negotii & perſonarum omnibus articulis executio demandanda eſt, ſed quod horum officium erit? Reſpon. id eſſe vt contumacem obedientem faciant, & victorem in eius bona immittant, eundemque gar vnnd zumal & ratione expenſarum in executione facturum, Klagloß machen/ ſed quid ſi bannitus adhuc plura bona habeat. Reſpo. reſidua bona ipſos executores eouſq; retinere poſſe, donec ille à bãno abſolutus, nec non ipſis expẽſæ ratione executionis factæ refu-

ſæ fuerint. Sed finge ex banniti bonis nihil amplius ſupereſſe, quid ita expenſas executionis executoribus exoluet? Reſpond. id omnes orbes ſiue circulos, vt vocát, ex æquo ſoluere debere. Quid ergo ſi neque dicti orbes executionem facere velint, Reſpond. iam ad ſacram anchoram, id eſt, ad Imperatorem vel Cæſarem confugiendum. Sed quæro ſi quis bannitus ſit forte, quod captiuum noluerit relaxare, an etiam hoc caſu peti poſſit, vt non ſolum executores ratione immiſſionis, ſed etiam pro executione principalis cauſæ, hoc eſt, vt captiuus liberetur, dentur? Reſpond. quanquam hæc cauſa in pleno conſilio in cauſa Römlins Erben contra Comitem de Hoye diſputata ſit, tamen conclusum id fieri poſſe ſententia lata, *20. Decem. Anno 41.*

Ad §. fin.

Quid autem, ſi quis contendat er ſey im Reich geſeſſen/ non ſufficit, niſi appateat,

reat, q etiam bona ibidẽ habeat, vt de facili recedere eo non poſſit, & ideo in cauſa Sechſtetters Erben contra Groppen/qui dicebatur in Dania reſidere, & ibi litigioſam hæreditatem ſitam, *14. Nouembr. anno 51.* decretum eſt. Iſt Breunlin vff ſein jüngſt gehalten receß/ daß ſein Principal im Reich geſeſſen vnd dermaſſen bey Gütern ſey/ daß wider ſie gebürlich execution laut der Ordnung beſchehen mag/ zu beweiſen vnnd darzuthun zugelaſſen vnd er thue ſolches oder nit/ ꝛc.

TIT. L.

Von den gerichtlichen Koſten taxation vnnd meſſigung derſelben.

PRimo ſciendum, quod tam in cauſis primæ, quam ſecundæ inſtantiæ, iſta vulgaris regula locũ habeat victum victori in expenſas condemnandum, idque in hoc ſupremo Iudicio Cameræ merito obſeruatur. Hæc tamen regula

patitur multas exceptiones. Præterea dicta regula quoque procedit,& obſeruatur in hoc iudicio in ſententiis interlocutorii Iaſon in *leg. properandum, C. de iudic. vide Baldum in authentic. Hodie §. cautiones numero 6. C. de appell.*

Quomodo condemnatio facienda ſi plura ſint producta, ſiue capitula putant hanc regulam quo ad ſententias interlocutorias nullam pati exceptionem. Idque propemodum videtur tradere ordin. ſed tamen ſi iuſtam & releuantem cauſam, vel forte multorum doctorum hominum ſententiam pro ſe habeat, contra quem interlocutoria pronunciatur iam vtiq; expenſæ compenſandæ. Ita factum in cauſa Großſchlag contra Comitem de Hanaw / ſic itaque in hiſce ſententiis interlocutoriis expenſæ vſq; ad determinationem principalis cauſæ non reſeruantur: ſed vel condemnatio vel compenſatio facienda id iure fieri certum eſt & quamquam iudex in calce ſententiæ moderationem vel taxationem expenſarum

ſibi

ſibi vel committenti reſeruari ſolet, ego tamen vidi q̃ 5. *Septemb. An. 51.* in cauſa quadam contra actores pronunciatũ quod ex priuilegio Cæſaris voluerint reluere perpetuos cenſus, nec nõ ad intereſſe & expenſas condemnati, quodque damna intereſſe & expenſæ litis in eadem ſententia fuerint taxatæ & moderatæ: Idque eã ob cauſam factum, q̃ forte & in iſtis punctis cõcluſum & expẽſæ exhibitæ fuerint alioqui enim hic moris, quod victor poſt latam ſententiam in ſcriptis exhibeat iudicialiter in ſpecie & articulatim expẽſas litis, contraq; hanc ſchedulam victus verbaliter vel in ſcriptis in termino ordinationis excipere poteſt, factaque concluſione pronunciatur. Porro ſciendum, quod is qui in ſententia diffinitiua ſemel in expenſas condemnatus, is quoque in eas expenſas videtur condemnatus, quæ impenduntur in eandem cauſam poſt latam ſententiam maxime ſi adiiciatur in libello iſta clauſula: de futuris expenſis proteſtando.

In punctis autem mandatorum & executionum ſemper tutius eſt, vt expreſſe petantur nam hoc caſu eo rectius & ſecurius deſuper iudex pronunciare poteſt & debet. Nam alioqui certa regula eſt: Quod ſuper expenſis non petitis iudex pronunciare non cogatur, vt per Dd. *in l. properandum, §. ſi autem, C. de iud.*

Sed quæſtionis eſt, an etiam noua conſtitutione & citatione in petitione expenſarum opus ſit? Reſpond. opus non eſſe, vt expreſſe habet ord. Tamen ſi procurator victoris confirmare iuramento velit (quod quidem ex conſuetudine huius iudicii facere cogitur, ſi ſumma expenſarum taxatarum numerum 20. fl. excedat aut deſuper aduerſarium quietare velit) iam, inquam, cogitur exhibere mandatum ſpeciale ordin. Illud tamen ſic obſeruatur, ſi in mandato conſtitutionis ſit inſertum, ſcilicet quodcunq; iuramentum præſtandum &c. Koſten vnd Schäden einzulegen die mit dem Eydt erhalten/ &c. deinde pronunciatur: Schwere N. ein

Eydt/

Eydt/ꝛc. Daß er in dieſer Sachen N. gulden &c, tunc ſcribant procuratores partibus vtrum debeant huiuſmodi taxam medio iuramento in ipſorum animam remittere, accepto deinde reſponſo, zeigen ſie gerichtlich an/ daß ſie auff empfangenen Befehlch den Eydt zu erſtatten vrpütig. Et ſic admittuntur non porrecto vlteriori mandato in ſcriptis, prout ſupra dictum eſt.

Sed rurſus quæro, vbi & quando litis expenſæ exoluendæ? Reſpond. ſummã quidem in executorialibus exprimendam & iam à tempore requiſitionis intra ſex ſeptimanas & tres dies in iudicio Cameræ per ipſum victum exoluendæ. Aliquando tamen propter iter prolixius & diſtantiã loci longius tempus conceditur, vt dixit Viſchius: Non tamen perpetuo verum, quod ipſe victus apud iudicem in numerata pecunia has numerare cogatur. Nam ſi eius procurator ſeſe offerat in iudicio illas exoluturum, iam illa verbalis oblatio pro ſufficiente habetur, & ſiquidem

deinde idem procurator moras ſolutionis & ſubterfugia quærat, vt facere ſolent, iam ei ſolet iudicialiter per decretum ſub pœna 4. vel 5. marcarum mandari, vt ſuæ oblationi intra certum tempus ſatisfaciat: Ita factum in cauſa Flettaw/cōtra Mechelnburg/ Et hoc adiiciendum putaui, quod in cauſa appellationis vbi quis in expēſas condemnādus venit, expreſſe iudicium Cameræ exprimi & ſi iam eadem pars prius quoque in expenſis condemnata iam tantummodo hoc verbum auch adiicitur Exempli cauſa, In ſachen N. contra N. iſt nach allem fürbringen zu Recht erkañt das vbel appellirt / ꝛc. vnnd der Appellant dem Appellaten die Koſtē an dieſem Käy. Cammergericht auffgelauffē / auff rechtliche ermeſſigung auch zu bezahlen ſchuldig ſey/ In cauſis vero ſimplicis querelæ in condemnatione non exprimitur iudicium Cameræ, ſed quod expenſas ideo perpeſſas exoluere debeat.

De

De Taxa & moderatione.

Primo ſciendum per tres vel quatuor aſſeſſores expenſas celeriter taxandas, niſi forte admodum ardua ſit cauſa vel aliter iudici fuerit viſum, In taxatione expenſarum etiam aureum pro 15. bacionibus accipi certum eſt, hoc tamen fallit in iure Cancellariæ, ibi enim valet 16. Batzen vnd 1. Creutzer, idq; vulgo appellatur Cantzeley wehrung.

Taxa proceſſuum.

Citatio 1.fl.44.cr.
Inhib. 3.fl.8.cr.
Compulſoriales 3.fl.8.cr.
Cit.Inhib.& Compul. 8.fl
Cit.& Inhib. 4.fl.52.cr.
Cit.& Compul. 4.fl.52.cr.
Arct.Inhib.cum Citat.4.fl.32.cr.
Arct.Compul. 4.fl.32.cr.
Cit.& Inhi. in vno proceſ. 3. fl. 8. cr.
Cit. Inhib. & Compul. in vno proceſſu 4.fl.40.cr.

Pro-

Promotoriales 1.fl.44.cr.
Schreiben vmb Bericht. 1.fl. 44.cr.
Mandatum & citat. 5.fl.56.cr.
Mandatum cum clauſula. 4.fl.32.cr.
Mandatum de non offen. 4.fl.32.cr.
Mandatum Execut. 4.fl. 32. cr.
Commiſſio 8.fl. 44.cr.
Commiſſio ocularis inſpectionis, ſine articulis 4.fl. 44.cr.
Dilatio 3. fl. 8.cr.
Prorogatio dilat. 3.fl.8.cr.
Dilatio mit fernerm Befehlch brieff=licher Vrkundt. 4.fl. 44.cr.
Execut. 5.fl.56.cr.
Arct. Execut. 5.fl.56.cr.
Mandat. arreſti 4.fl.32.cr.

Pro aliis vero iudicialiter decretis mandatis & literis; Item pro Executorialibus & literis ſententiarum ſecundum qualitatem & quantitatem perſonarum, & cauſarum moderatam & æquam ſummam præfectus Cancellariæ exigere à victoribus debet.

Ab Aſſeſſoribus Cancellaria dimidiam partem accipit.

Hoc itaque ius Cancellariæ etſi ciuile ſi à victore in ſchedula expẽſarum in ſpecie & articulatim adiiciatur, vbi ab aſſeſſoribus taxatur & inſcribitur in margine, olim autem huiuſmodi ſigno ius Cancellariæ reſeruari ſolebat: Hodie itaq; in ſententiis expenſarum non eſt opus: vt iſta clauſula adiiciatur **Vnd was N. in die Cantzley außgeben hat/ ꝛc. was er auch in der Cantzley weiter außgeben muſſen/** quod inquam, hoc adhuc Cancellariæ exolui debeat: Hæc tamen vera ſi expreſſe & articulatim taxa Cancellariæ petatur, alioqui prædicta vulgaris clauſula adhuc ſententiis expenſarum adiicitur vſus quoque obtinuit, quod non facile æqualis & præſertim triceſimus numerus taxetur, idque eam ob rem fieri puto, quod tali numero 30. noſter ſaluator iniquiſſime venditus: Præterea ſi vltra fl. batzones reſidui iam illi in ſententia non aſcribuntur, niſi prius in cruciferis numerati

ſint

ſint, iſti enim tunc in ſententiis expri-muntur.

De ſalario procuratorum.

Aduocatis & procuratoribus non coniunctim, ſed ſeparatim, maxime ſi ſententia taxationis magna in ſententia eorum ſalarium exprimitur, eo tamẽ adiecto, vt id detrahatur, quod antea ratione iſtius cauſæ à partibus acceperit. Et quanquam iſtam ſummam ſecundum ordinationem prius aſſeſſoribus indicare deberent, id tamen nunc non faciunt, ideoque puto iſtam detractionem hodie in Cancellaria fieri; Et porro quod in ſchedula expenſarum reiicitur & non taxatur hac notula O. aut N. annotatur. Quod vero ſtatim in margine nõ adſcribitur & non taxatur, vt ſunt labores Aduocatorum & procuratorum, qui deinde ſeparatim taxantur, vt paulo poſt ſubiiciam, hac notula in margine ſchedulæ expenſarum O. notatur. Illud vero quod taxatur vel moderatur, hoc inquam, in

